

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Svbsidivm Sive Coronis De Evcharistia**

**Zwingli, Ulrich**

**Tiguri, 1525**

**urn:nbn:de:bsz:31-62140**



enth. 3 Schriften

1. Bernardus Claraevallensis

2. Desid. Erasmus

3. Ulrich Zwingli

2.)

# SVBSIDIVM SI

VE CORONIS DE EVCHARISTIA

Huldrycho Zuinglio  
Autore.



*Christus Matthæi .xx.*

**Venite ad me omnes qui laboratis & onerati  
estis, & ego requiem uobis præstabo.**

(1525)

AK

an 63 A 1410

CLARISSIMIS VIRIS BARPTOLEMAEO A MADIIS  
Bernensium à Scenatu, Volfgango & Claudio filijs, Iacobo & Benedicto  
nepotibus, ac pronepotibus eius, totiq; genti  
Huldrychus Zuinglius.



RATIAM ET PACEM A  
deo. Tāta est hodie uiri ornatif  
simi, sub prætectu mitis Chris  
sti, calumniandi audacia, ut nō  
pauci & docti & pij homines,  
quod amicis nuncuparunt, un  
diq; munire coacti sint, ne quo  
rundam genuinum experirent  
tur, qui negant Christianum  
Christiano quicq; dedicare pos

se: impijs hanc consuetudinem esse relinquendam & incre  
dulis: hi enim soleant adulationum ambitu apud habitiores  
semper aliquid eblandiri, cum ipse nōdum uideam quibus  
nam prius τὸ κλειπὸν mittendum sit, an innocuis istis adurato  
ribus, quamuis incredulis, an moderatoribus istis rerum o  
mnium ac censoribus, qui tamen pij nomen hac uia quærūt,  
si sint mordacissimi. Quasi uero apostoli: Petrus, Ioannes,  
Paulus, non tantas, cum publice ad totas ecclesias, tum pri  
uatim ad amicos dederint epistolas, ut iusti libri uideri poss  
sint, non operis amplitudine tantum, sed argumenti quoq;  
magnificentia & grauitate. Sic enim scribebant, ut publicæ  
epistolæ priuatim omnibus prodesent: & priuatæ publicæ  
omnibus. Epistola igitur illis fiebat, quod liber exire pote  
rat. Quo nobis etiam modo licuisset totum hunc libellum  
epistolam facere, non librum, eodem argumento manente,  
sed non eodem nomine. Sed nolo hac defensione uti apud  
istos

z†

istos, qui satisfactionem nullam recipiunt, nisi dum pro au-  
dacia sua causam dicunt, iam illis omnia licent, omnia re-  
cte pieq; acta sunt. Istorum ipsorum iure nitar, dum ad uos  
hanc opellam mitto. Dicunt enim causamcur nuncupa-  
re non liceat, quod qui nuncupent, plerumq; ambiant. Am-  
bitum ergo ubi sustulero, iam iure licebit ad uos scribere.  
Attamen missis Zoilis istis, ne dum eos abundantius inse-  
ctaremur, quisquam putaret eos alicuius esse faciendos, id  
agamus, cuius causa huc uentum est. Cum subsidium istud  
quantulumcunq; est, prodire pararet, uisi estis soli ad quos  
primum diuerteret: tantus est enim odor pietatis uestræ, ut  
eum merito nulla debeat abolere uetustas: habet enim &  
Christi Ecclesia exempla sua, quæ posteritas spectet ac imi-  
tetur: ea uero, quomodo ad posteros usq; perdurabunt, nisi  
sit qui uenientibus sæculis commendet? Christus tantum-  
non legem condidit, ut Magdalenes factum, prædicantibus  
apostolis, ad omnes dimanaret: enunciant publicis epistolis  
Apostoli, si qui fuissent inter discipulos pietate insignes. Qd  
si tenunc Barptolemæ prudentissime hinc commẽdarem,  
quod inter Bernates scenatorium ordinem iam olim ade-  
ptus es: quod mira tum sapientia tum cõstantia perpetuo ge-  
ris: quod tam humanis liberis, nepotibus ac pronepotibus,  
ijsq; amãtibus ac nutibus tuis obtemperantibus stĩpatus es:  
quod isti, nunc te spectante, magna rerum magnarum indĩ-  
cia dant, qualesq; olim futuri sint, cum oculos tuos foeliciter  
clauserint, ipso flore testantur: quod numerosa de eis pulcra  
que tibi posteritas quotidie sobolescit: quod rerum omnĩũ  
adfluit ubertas: quod uulgi plausus adobruunt, non imme-  
rito inquam nos proscinderent amari isti censores, si te ob  
ista friuola (absit inuidia) nugacia & ad omnẽ uetum nutan-  
tia comẽdarem: nihil enim inter humana solide firmũ est.

A ij

Quum autē te omnes pietate tam integra, tua uero tenuibus  
ac laborantibus in Christo fratribus tam exposita esse prædi-  
cent, ut liquidò adpareat te ista, quæ paulo ante numeravi-  
mus, nō sic mirari ut eis efferaris, sed moneri ne ipsis potius  
quàm qui largitus est ea, Deo hæreas: iam non debent pij ho-  
mines committere, ut tali exemplo posterī fraudentur. Sunt  
hæc tēpora sic turbulenta & afflictā, ut quum futuri aliquan-  
do homines intuturi sunt eorum faciem, si modo quisquā  
stilo dignabitur, non dubitem, constituros tãquam ad repen-  
tinam aliquam immanemq; inusitatā tempestatis procellam:  
atq; adeo maxime, quod omnis motus & p̄sias eorum nasci-  
tur, qui ecclesiasticorū nomine sese indicant, non dicam uen-  
ditant, cum non adsit emptor, eam posterorum consternatio-  
nem letabūt, è medijs fluctibus seruata exempla, cum simul  
uident cum summo scelere summam quoq; uirtutē uiguisse  
ac certauisse. Vobis ergo statutū est hoc de Eucharistia sub-  
sidiolum dedicare, non quo pro dignitate comēdem gloriā  
uestram, quam in Euāgelio Christi habetis, sed quo tester ta-  
les esse quos doctissimorum hominum sermo debeat æterni-  
tati consecrare, uel hoc argumento, quod argumentum Ro-  
manensibus longe infestissimum libere licuerit uobis nun-  
cupare: sunt enim nōnulli, qui pijssimorum siue hominum  
siue operum inscriptionem despuunt. Quum igitur res tam  
odiosa Romanensibus, uestrum nomen in ipso rostro por-  
tendit: iam omnibus discitur, fidei integritatisq; uestre in-  
fracta inconcussaq; uirtus. Corusca est ueri facies, lipporūq;  
oculos perstringit sic, ut in eam intendere nequeant. Hic in-  
foelices non student morbo mederi, ut cum sanis possint gra-  
tissimā lucē intueri, sed protinus exclamant: Tolle tolle hūc  
qui hoc malū, lucem ueri scilicet, proferre audet. Qui ergo  
hic in auxiliū profilit, ac proditā lucem tuetur, is nimirū  
sumam

sumam cum ipsa ueritate quae Christus est gratiam inibit. Quid  
ceterius quaeso, quid obscurius, quid tenebrosius fuit, quam  
in symbolico Eucharistiae pane putare nos corpoream Chri-  
sti carnem edere? Quid deinde stultius quam humana teme-  
ritate commenta fingere quibus extremam dementiam tuearis?  
praesertim cum nec apostoli, nec prisci homines Christo fi-  
dentes sic saluatoris sui uerba intellexerint, ut aliquid tale li-  
ceat apud eos suspicari. Quod si nunc est scripturarum fonti-  
bus proferas, quibus planissimam ueritatem sensibus etiam  
exponas, non ad ludibrium aut conuicia, sed ad suplicia mor-  
tesque sexcentas te ipsum eijcies. Ibi si Theseus aliquis, aut Pa-  
troclus prodeat qui tam abest, ut deserat ut etiam propugnet,  
quid sanctius dici poterit? quid fidelius? quid Christiano  
homine dignius? Prodeunt autem hac tempestate multi quos  
idololatriae impatiencia cogit ueritati patrocinari, docent non  
adorari posse citra piaculum quod uidetur, docent carnem  
nihil prodesse, docent Christi corpoream carnem non edi posse:  
Illos si auxilio nostro destituamus, inertium seruatorum ob-  
iurgationem non effugiemus, praesertim cum alij rei quidem  
non ignari, silentij tamen beneficio cuticulae consulant, alij  
uero omnem mandragoram sic ebiberint, ut ad spiritalem in-  
tellectum nullis neque pugnibus neque sibilis excitari queant. Ste-  
mus a ueritate ut cunctae uetura saecula sint eam tractaturi, sal-  
tem nos non cessauerimus. Caducae mentes sunt, quae propter  
carnem tumultuantur, quae nulla promissione beatitatis aut  
roboris, duraturaeque in sempiternum, quae crucifixi abundan-  
ti gratiae haerent: hi enim habebunt uitam aeternam. Legite ergo  
istud nostrum subsidiolum, & ex fide iudicate, nec eos metuite  
qui gigantum quorundam nominibus aliter sentientium, uictoriae  
sibi miseram pollicentur. Satis habemus armorum. Seruet uos  
Christus incolumes. Ex Tiguro. 17. Augusti. anno. 1525.

A iij

# SVBSIDIVM SI-

VE CORONIS DE EVCHARISTIA HVLD

rycho Zuinglio autore.



CIMVS NON DEFVT VROS  
esse qui protinus, ut libri titulū  
intuiti sunt, equum esse dicant,  
ut copijs imbecilibus subsidis  
um mittatur, quorum urbanis  
tati respondere consiliū non  
est, duplici nomine: Vel quod  
nūquam quicquam tam circū  
specte dixeris, quod ipsi uertes  
re in ludibriū non audeant: uel

quod difficulter subsidio cedunt, in quos copie ipsę impres-  
sionem nullam facere potuerunt. Sunt tamen haud parum  
multi qui priore de Eucharistia cōmentario sic moti sunt, ut  
rem planissimā in considerationem admiserint: cui pridem  
aures obstinatius quā incātationi obserabant. Iis hoc sub-  
sidium mittitur, ut quod superioribus propter operis celerē  
ac tumultuariam promulgationem deest, hic ex parte sarcia-  
tur: partem enim alij præstabunt. Sumus enim ad edendos  
libros omnium infelicissimi, temporum autē id ipsum in-  
quitate fit. Ea enim quotidie silentiū ac latebras meditan-  
tem protrahunt, & ad scribendum compellunt, sed interim  
ociū, interim annos ad maturandū pertinaciter denegant:  
quo fit ut omnia nostra impetus iustius adpelles quā li-  
bros. Sed deo gratia qui nos hoc uelut auspitio docet à glo-  
riæ studio desperādum esse, ac omnia simplici fide proferen-  
da, ut quanto sint à cultu fastuq; artificij alieniora, tanto sint  
ad illius

ad illius gloriam amplificandā potentiora, quo manifestū fiat omnibus, arma nostra non carne, sed deo esse potentia. Cum ergo pridem admodum inter alios locos eum quoq; qui de Eucharistia est, in Cōmētario nostro tractauissemus, edito iam libro, quædam in memoriam redeunt quæ inter prima statueramus ponere, nisi excidissent: quædam autē de nouo succurrerunt, quæ si tempus maturitatem concessisset, latere non potuissent, ut non tempestiue satis ante operis absolutionem uenirent. Interea uero alius alia obijcit: è quibus illa respōsione dignabimur, quæ aut propter obscuritatem suam, aut aduersariorum ueneficium in cōtrarium quiddam posse uisa sunt.

Ante omnia uero quorundam calumnijs satisfacere statuimus: sunt enim qui dicant intempestiue euulgatam à nobis esse hanc uerborum Christi expositionem: sunt & alij qui nos Caroloftadianum uocent. Accipiant ergo per Christum obsecro nostram ad ista responsionem tam ueram, quàm ab omni amaritudine alienam. Fuimus ante annos plures, quàm nunc conueniat dicere, huius opinionis de Eucharistia, quam & per epistolam & in Commentario promulgauimus: sed consiliū erat eam nō temere in uulgum dissipare, ne margaritas ante porcos, nisi cum doctis ac pijs hominibus crebro cōtulissem: quo res omniū fermē opinionibus maxima, quum aliquando prodiret, & patronos haberet multos, & inuidiā istā clamorosa declinare posset: quæ à legēdo, audiendo, iudicando solis quiritationibus insanis deterret piās mentes. Procedebat ex sententia consiliū, nam quibus cum conferebam pedibus concedebant ad nostras parteis, imò plerique non aliter respirabant, quàm qui

longa captiuitate liberati è tenebris ac profunda solitudine in lucem & amicorum amplexus redierunt. Ibi prodit cum sua expositione Caroloſtadius, uiolenta nimis, ut etiam isti pronunciauerunt, qui uehementer Caroloſtadiani sunt, poſteaquam ueterum expositionem poſſiliminio per nos reditam expenderunt. Compertum quoq; habemus quod Tigurum non alia cauſa ſtatueraſt proficiſci, quam ut rem uulgi auribus inuſitatam nobiſcum conferret, quem tamen melancholicus quoruſdam ſpiritus ſic à congreſſu noſtro deteruit, ut ne ſalutauerit quidem. Atq; iſto pharmaco ſic munitus ac ſeruatus eſt, ut neq; Baſileæ neq; Argentorati quicq; ſuper hac re cum uerbi miniſtris contulerit. Neq; ignoraerunt iſti, quos pauloante melancholico ſpiritu imbutos diximus, ſententiam noſtram de Euchariftia: ſed induci nulla ratione potuerunt ut adſtipularentur. At ubi Caroloſtadij expositionem uiderunt, iam Baſileam ipſi uolabant, ac libros eius ſuis humeris aſportantes, eis non modo urbes, oppida, pagosq;, uerum etiam uillas ferme omnes opplebant. Spei tamen non reſpondebat prouentus, pauci enim recipiebant ſententiam: ſed nō alia, ut arbitror, cauſa deterriti, quam uiolenta duriciaq; expositionis. Quid hic porro faceremus, qui Tiguri uerbo præſumus? Qum fratrum magna pars ſententiæ ſummam probaret: quiſque enim domi ex fide didicerat noſtrisq; prædicationibus, quam portentofum eſſet carnem & ſanguinem hic ſperare, qum Chriſtus ſpiritum & uitam eſſe dixerit, quod ipſe de carne & ſanguine ſuo docuerat: Nō probabatur tamen eis tam audax expoſitio. Quid inquam faceremus? an in priorem labyrinthum retruderemus contra noſtram hac in re ſententiam? præſertim qum iam uerum expositionem ac mentem uidiſſemus? Coepimus ergo protinus

protinus adperire tropum qui in uerbis dominicis est, atque hoc tam foeliciter, ut fratrum captus nostram enarrationem anteuertet, qui tamē à Carolo stadij expositione supra modum abhorrebant. Ecce ad hunc modum Carolo stadiani sumus, nō quod hominis fermē undiq; ignoti nomen alia causa deprecemur, quā quod odiosa sunt omnia sectarum nomina. Debeamus q; qui Euangelij ministerum implemus præ cæteris ab imponēdis sectarum nominibus temperare, cum abunde sit horum, qui candidissimam Euangelij ipsius doctrinam & administrationem exosis sectarum, hominūq; nominibus infamem reddere audent. His putamus etiam ad priorem calumniam satis esse. Quomodo enim tempestiuius prodire potuissem, quā quum hæc res, etiam periculose, controuerteretur? Imò quomodo potuissem tempestiue tacere, orto iam cōtentionis incendio? neq; enim promiseram me perpetuò pressuram esse hanc ueterum sententiā, sed aliquandiu, donec offensio sic caueretur, ne aliquam turbam daret: non enim ignoramus quomodo Christi hostes uulgi simplicitate ad excitandos tumultus abutantur. Accedebat Commentarij promissio, eum enim ad uernas Franckfordēsum nundinas absoluturum, cum deo receperamus. An ergo istic dissimulandum erat, quod uere sentiremus: aut simulandum quod minime sentiremus? Equidem non ignoro, ut Christianum Protea deceat omnibus omnia fieri: at iuxta scio diuinam prouidētiam tales nobis nodos neçtere, ut uelimus nolimus, etiam si plurimum imineat periculi, prodere tamen cogamur, quæ ad illius gloriam & piarum mentium usum faciunt. Prodidimus ergo ueram istam de gratiarum actione sententiā, quum res maxime postularet, quum Carolo stadius uehementer quidem curreret, sed nō nis

hil extra oleas. Qui ergo nos eius nomine respergunt, nihil quàm iniquitatem suam produnt. Quis enim tam uecors est, ut non uideat nos nunquam ituros esse in Carolostadij sententiam, si non alijs autoribus didicissemus hic tropum esse in uerbis dominicis, non demonstrationis amphibolũ, apostropham, aut metabolam? Sed in uiam redimus.

Non existimauimus operæ precium esse, ut quæ in Commentario nostro attulimus, hic altius repetamus. Satis enim factum esse speramus prijs ac in fide fortioribus, qui se Christo in huius mundi cataclysmo non aliter credunt, quàm olim Noe se, suos, totiusque mundi, mox perituræ reliquias, ueluti posthumos, portentosæ nauis committeret. Qui enim Christo fidunt, Christum ultra secundum carnem non requirunt: sciunt enim carnẽ prorsus nihil prodesse si edas: sed simul non fugit eos, prodesse plurimũ si credas Christum in carne pro te mactatum, eoq; fidas, hoc isti enatant in cortice, hac in arca seruatur. Sciunt uelum, Christo animam in cruce reddente, hac causa in duo scissum esse, ut iam omnia nuda & adperta credentibus uideantur, quæ prius umbris ac nebulis inuoluta erant. Luce enim, hoc est, re ista præsentē, quam figuræ, umbrarum instar, portendebant, fas non est ulla tenebras in medio relinqui, nisi tam hebes lux esset, ut tam obscuram nubem penetrare nequisset: quod sic à Christo abest, ut ipsum cum ulla tenebrarum admixtione mens nulla capere possit. Quid autem tenebricosius quæso unquam auditum est, quàm carnem & sanguinem in ista panegyri edĩ, cum panis & uinum absumentur? Quæ gens, qui populi, quæ urbes à natis hominibus tale cõmentum uspiam, non dicam inuenerunt, uel receperunt;

HYDR:  
ceperunt, sed aut in  
Sciunt ergo qui Ch  
stare, dum fidunt,  
lutem: quod enim  
Scribit meam san  
tium spiritum & u  
contraque consola  
in seipis habere.  
libus, carnem han  
pro nobis mactat:  
Sciunt eam carne  
ni, donec redeat  
nis. Fide consti  
que ea fide qua te  
fidis filio Dei pro  
lum est repetend  
re dicta sunt: co  
tu nauiget, corp  
li tropum inel  
ad ea transimus  
exciderunt: his  
inter ultima quil  
emus.  
Quæ excide  
ba, alterũ ratio, si  
tur. Verba Christi  
post Eucharistie i  
uobis, quod ab h  
critis, usque ad ear  
tum in regno patr

ceperunt, sed aut inuentum, aut receptum esse prodiderunt: Sciunt ergo qui Christo fidunt, hac sola ratione salutem constare, dum fidunt, nec edentibus usquam promissam esse salutem: quod enim scriptum est, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo, sentiunt spiritum & uitam esse, se'que in Christo fide manere, contraque consolationis ac tranquillitatis presentia ipsum in seipsis habere. Cum ergo carnali esui non sit repromissa salus, carnem hanc nihil morantur, contenti credidisse eam pro nobis maceratam esse: eoq; fidere qui in ea maceratus est. Sciunt eam carnem à dextera patris sedere, nec inde moueri, donec redeat cum uniuerso mundo rationem positurus. Fide constat salus, non corporali manducatione: neque ea fide qua te fingas credere quicquid finxeris, sed qua fidis filio Dei pro te in cruce impenso. Non inquam uisum est repetendum, quæ fusiùs in Commentario de hac re dicta sunt: cum apud uere pios hæc sententia iam in portu nauiget, corpoream hic carnem non edi, sed uerbis Christi tropum inesse. Id autem quo manifestius fiat, primum ad ea transimus, quæ dum Commentarium scriberemus exciderunt: his iungemus quæ postmodum succurrerunt: inter ultima quibusdam obiectionibus responsiones ponemus.

Quæ exciderunt duo sunt, alterum diserta Christi uerba, alterum ratio, siue argumentatio quæ ex eius uerbis sumitur. Verba Christi ea sunt, quæ Matth. 26. cap. recitat. Vbi post Eucharistie institutionem sic loquitur: Dico autem uobis, quod ab hac hora nullatenus bibam de hoc fructu uitæ, usque ad eam diem, qua ipsum bibam uobiscum nouum in regno patris mei. Quibus uerbis Christus id ipsum,

quod iam iam sanguinem suum tropice adpellauerat, uinū nominat, aut uitis generationem. Nec causari licet nouum hic sermonem coeptum esse, cum cōiunctio, autem, ad superiora spectare cogat, ut sit sensus. Vos quidē cōmemorationis symbolum edistis & bibistis panem & uinū, Ego autē nō bibi, nequæ hinc bibam donec impleatur nouum in regno patris mei. Quod autem Christus non biberit, apud Lucam manifestum sit: qui nimirum ob hanc causam ipsum sibi à uino interdixisse cōmemorat, priusquā hanc panegyrim & Eucharistiam instituisset, quo liqueret eum non minus à uino abstinuisse ad aram properantem, quā olīm sacerdotes litaturi ab eo temperabant. In qua sententiā Origenem uideamus esse Homelia .7. Leuit. Siue ergo ante constitutionem Cōmemorationis: siue protinus, ut symbolū edissent Apostoli, se à uino temperaturum pronūciauit, certe uinum adpellat, quod isti bibissent. Id quod nūquam facturus erat, si, quemadmodum nos somniamus, aut ipse sanguinem corporeum bibendum dedisset, aut Apostoli talem sibi uel porrigi, uel hauriri credidissent. Quantū enim hæsitationis & confusionis obortum esset eorū mentibus, si quod iam nūc sanguinem uocauerat, ut primum biberant, iterum uinum nominasset? Nōne quisq; apud se dicturus erat: Amābo uinum est non sanguis? Cur ergo sanguinem adpellauit? Liqueat ergo ex ipsa discipulorum tranquillitate, quod sermonem Christi recte intellexerunt, sed symbolicos. Neq; istud debet cuiquam absurdum uideri, quod discipuli aliās crassi, subito hanc sermonis formam intellexerint: assueti em̄ erant & ad linguam Christi, & ad commemorationis symbolum. Cum Christo sic uersati erant, ut iam uel ex solo gestu uerborum pondus aestimare possent: & pascha tam crebro repetiuerant,

uerant, ut quod h  
ipso pascha præse  
em phase. de quo  
mus uocari ab ip  
los uinum non fa  
menter mirum est  
bibam de fructu u  
is, cum tamen ex  
nem, huius rei uer

Alterum qu  
Christi uerbis si  
re uerba in Cōme  
omnes, hoc enim  
qui pro multitud  
rum. Hic omnia  
id est, qui est. Man  
re docti sunt, qd  
uocē suam sequā  
sire, quæ nos rela  
apud latinos tant  
aticali postpositi  
um. Ponuntur eni  
bitari, dīmo do uoc  
um similitum, si nō  
latinorum relativa  
reterunt citra substa  
thæzum uerba symb  
to p q d s nō a uā uo  
uero p. rē. id est: Hoc  
lamenti, qui pro me

uerant, ut quod hic instituebatur, confestim quiddam simile ipsi pascha praeferret, ubi etiam tropicos dictum erat. Est enim phasē. de quo paulo post. Vinum igitur manifeste uideamus uocari ab ipso Christo, quod propinauerat: & discipulos uinum non sanguinem se bibisse arbitratos. Atque uehementer mirum est, nos omnes sic ad hoc Christi uerbum: Nō bibam de fructu uitae. rē. hallucinatos esse, ut nemo excussērit, cum tamen ex uno eo potuissemus, uelut ex ungue leonem, huius rei ueritatem cognoscere.

Alterum quod prius excidit argumentatio est, ex ipsius Christi uerbis sumpta. Matth. 26. & Marc. 14. nam Lucā uerba in Cōmentario expendimus. Ea sunt: Bibite ex eo omnes, hoc enim est sanguis meus, qui est noui testamenti, qui pro multitudine effunditur ad remissionem peccatorum. Hic omnia praeteribimus quā iam istum articulum τὸ. id est, qui est. Manifestum est omnibus, qui mediocriter graece docti sunt, quod προτακτικοί, id est praepositiuū articuli, si certā uocē suam sequantur, in ὑπτακτικοί, id est praepositiuos transire, quae nos relatiua uocamus. Quamuis pleraque relatiua apud latinos tantam uim nō habeant, quantam praepositiuū articuli postpositi, nisi forte unum hoc: Ille: si relatiue ponatur. Ponuntur enim huiusmodi graecorum articuli praepositiuū, dūmodo uocī postponuntur, uice, qui est: uel quod est: aut similitum, si nō iungatur aliud subiectum. Cum interim latinorum relatiua eam tantūmodo uocem refricent, quam referunt citra substantiuū uerbī uim. Cum ergo apud Matthaum uerba symbolici calicis ad hunc modum habent: τὸ γάρ ὅτι τὸ αἶμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ πρὸ πολλῶν ἐκχυνόμενον. rē. id est: Hoc enim est sanguis meus, qui est noui testamenti, qui pro multitudine effunditur. rē. Ibi articulus τὸ

secundo loco positus, tantum ualet, quantum qui est, ut totus sermo Christi hunc sensum habeat: Hoc (quod scilicet praebebat poculum, ut facile patet, dum hanc coniunctionem  $\chi\rho\iota$ , id est, enim: & articulum  $\tau\theta$ , qui:  $\alpha\iota\mu\alpha$ , id est sanguis praepositus est, diligenter expendis.) em̄ est sanguis meus, qui meus sanguis est sanguis noui testamenti, qui pro multitudine, id est dum uel quatenus pro multitudine funditur. Hic ergo iste articulus  $\tau\theta$ , id est, qui est, nostrae argumentationi solidum fundamentum praebet ad hunc modum: Sanguis Christi, quatenus effusus est, est sanguis noui testamenti. At cum Christus hoc poculum praebere, sanguis eius non dum erat effusus. Ergo non praebere sanguinem Testamenti ad bibendum. Fit ergo manifestum quod poculum hoc non erat sanguis testamenti, neque ipsum testamentum, sed Testamenti symbolum. Primum sermonem uel propositionem, uidelicet, Sanguis Christi, quatenus effusus est, est sanguis noui testamenti, ad hunc modum robur accipit. Christus ipse suis uerbis hunc esse sensum explicat, cum dicit: Qui pro multitudine effunditur in remissionem peccatorum. Causa ergo aut finis, cur sanguis funditur, est remissio peccatorum: est. At remissio peccatorum gratuita per sanguinem Christi, est nouum testamentum, sicut praedixit Hieremias. 31. & Paulus explicat Hebræo .8. & 9. & Coloss. .1. Consequens ergo est quod sanguis Christi tunc tandem factus est sanguis testamenti, quoniam pro nobis effunderet. Vbi cunque enim testamentum ad effectum exit, istuc necesse est mortem testatoris intercedere. Hebræo .9. At secunda propositio, uidelicet, Cum Christus hoc poculum praebere, sanguis eius non dum erat effusus, ad hunc modum firmatur. Luc. 22. sic ait Christus: Desiderio desiderauit hoc pascha manducare

*Syllogismus*

manducare uobiscum, priusquam patiar. Quum ergo nondum passus esset, non dum erat sanguis effusus: mori enim ac pati pro nobis, & sanguinem eius fundi pro nobis, æquivalent, Vt aliàs abunde ostendimus. & Roma. 6. Hebr. 9. 1. Petri. 2. & 3. uideri licet. Stat igitur nimirum & tertia propositio, quæ ex istis colligitur, puta: Ergo Christus non præbebat sanguinem testamenti ad bibendum, firma & inconcussa, sic ut nulla arte, nulla uii deijci possit, aut subruui. Vnde nec hodie ipsum Testamenti sanguinem bibimus, sed sanguinis Testamenti symbolum. Sed ne cui alia parte rima ad irrumpendum pateat: Et si hic non bibimus sanguinem, quem in cruce Iudæi hauserunt, bibimus tamen eum, quo ipse uixit. Dicit enim: Hoc enim est sanguis meus: quum ergo tunc non dum fusus esset, nec tamen eius uerba possint esse uana, constat omnino bibi sanguinem, tametsi eum fortasse solummodo quo uicitabat. Ne inquam impudens contentio ad hunc modum sibi ad corporeum sanguinem speret uiam esse facturam, perpendenda sunt istis hæc Christi uerba, Qui est noui testamenti: cum enim hic tropum nolunt recipere, coguntur fateri, hoc quod hic bibitur, esse Testamenti sanguinem: Cum ergo non dum esset sanguis Testamenti, eò quod non dum fusus esset, cogentur irritatissimum, ac sibi undique contradicentem fateri esse sermonem istum Christi. Quo quid sceleratius, impurius, aut abominatius dici queat? Attamen caueri non potest, quo minus in has angustias pellantur, si tropum non admittunt. Cum enim hanc uocem, Est, contumaciter ἰπαρκτικῶς, id est substantiue capi debere contendunt, sic ut istud quod porrigebatur sit sanguis Christi, iam obstant quæ sequuntur, nèpe quod is sanguis nō sit sanguis testamenti:

non dum enim effusus erat. Sequetur ergo simul, quod ibi nullus sit sanguis: nam si sanguis testamenti, tunc non fuit datus: planè nullus sanguis est datus, nã is tantũmodo istic dari dicitur, si modo hoc uerbum, est, substantiue capiatur, ut ipsi obdurant: qui tamen dari non potuit, quod non esset effusus: nisi enim effunderetur non erat sanguis testamenti, Tam ergo ex his uerbis Christi conuincitur sanguinem testamenti, tunc non datum esse discipulis, quantũ aduersarij eis nituntur ad adferendum corporeum sanguinem. Scio hic plurima ex aduerso mitti posse iacula quãuis frustranea, ut istud: Tameñ nō dum erat sanguis fusus, breui tamē fundebatur: & fieri occulta uirtute dei potuisse, ut Apostoli biberint fustum sanguinem, qui tamen non dum uisibiliter fusus erat: & omnia Deo esse presentia, atq; id genus uerborum, uel porteta, uel importuna suffugia. Verum quid obsecro causæ est, cur non potius uelimus in tropo conciliari, atq; idem sentire, quàm infinitum contentionis funem texere? Nemo negat contentioso nũquam deesse quod responderet, attamen interim quoq; nemo ignorat qui solida est claraq; fide, quod quicquid rãdem prætexamus, litigiosæ procacitatis esse citius quàm illibatæ pietatis: etiãsi per omnes superiorum inferiorumq; aras peieremus. Nam si ullæ sunt in humano pectore ueritatis reliquiæ, palàm confitebimur, hanc de corporeis carne & sanguine opinionem, nunquam apud nos à suspitione liberam fuisse. Cum ergo quidã adeo impudenter prosiliunt, illudere omnium iudicijs ac fidei uidentur: perinde, quasi nemo uideat quid fides sit, quid cæcitas, quid præstigiũ, quid *φιλαντία*. Porro si tropum receperimus, iam in portu nauigamus, iam tuta & plana sunt omnia, non reclamationes, non cõmunis sensus, non ipsum

scripturæ

scripturæ ingenit  
mus ergo uiri, ced  
centillima forori  
collabi, etiam ipfa  
tur nunc quo nar  
admittamus. He  
sanguinis, qui san  
catorũ multitudin  
cebro in scriptur  
emus.

Est in scrip  
tum, aut similiur  
ur se uitem esse, i  
lum propter quar  
pellatur *uata uera*  
uitem esse conten  
nos palmites su  
gratia: nosq; nil  
refrugem pollin  
imaginem Dei p  
dicitur Christus i  
nullam cognatio  
figurantia figurat  
oues pro p̄is, lup  
ager pro mundo. li  
angelis. Matth. 13  
scripturæ, tum serr  
diano sermone abs  
columnã, prorama  
uitem pellem procell

scripturæ ingenium, quæ tropis est undique referta. Cedamus ergo uiri, cedamus perniciose contentioni, quæ ubi nocentissima sorori suæ pertinaciæ iuncta est, mauult omnia collabi, etiam ipsam ueritatem, quam uinci. Videamus igitur nunc quo nam pacto quadrent Christi uerba, si tropum admittamus. Hoc poculum figura, aut symbolum est mei sanguinis, qui sanguis est noui testamenti, eò quod pro peccatorum multitudinis remissione effunditur. Quales tropos crebro in scriptura inuenimus, de quibus nunc Paucula dicemus.

Est in scripturis sacris inuenire, ubi figurata figurantium, aut similitum nomina usurpant. Ut cum Christus dicit se uitem esse, iam ipse qui per uitem tanquam per symbolum propter quandam similitudinem significatur, uitis adpellatur *κατὰ μεταφοράν*, qui uitis uere non erat, si corpoream uitem esse contendas, sed supra modum uere uitis est, cuius nos palmites sumus, dum in ipso uirescimus ultrò, illius gratia: nosque nisi in eo simus, euanidi atque aridi nullam reddere frugem possumus. Vitis ergo quæ figuram quandam, ac imaginem Dei præseferat, fit eius nomen quod figurabat: et dicitur Christus uitis metaphorice propter similitudinis non nullam cognationem, ut dictum est. Est contra inuenire ubi figurantia figuratorum nomenclaturam induunt. Ut cum oues pro pijs, lupi pro improbis ac tyrannis accipiuntur, ager pro mundo, Inimicus homo pro diabolo, messores pro angelis. Matth. 13. Atque id genus metaphorarum omnes tum scripturæ, tum sermones plenissimi sunt, sic ut neque quotidiano sermone absque eis uti commode possumus, cum alium columnam, proram ac pupim rei publicæ adpellamus: alium autem pestem procellam Catilinam Melium.

De tropis paucula

millum urbis columnam aut Ciceronem urbis columnen esse dicis, tropice nimirum loqueris: nam uerum, id est corporeū columen aut columna neuter est, exiliunt subito bruti homines, non esse per similitudinem aut tropice dictum, sed uere esse columnam Camillum: faciunt que homines stipitibus stupidiōres ex altero statuum, ex altero uero fastigium aut colophonem. Sic & hoc: Petra Christus erat, non sic accipiendum est quod Christus sit saxea petra, sed quandoquidem petra quiddam imaginis aut similitudinis Dei habet, transfertur Christus ad petrae nomen. Et dum isti dicunt: Christus uere erat petra, iam uolunt nostrae simplicitati imponere: amphibola enim est ista uox, Vere: semel enim accipitur pro eo quod est, per essentiam, quod isti dicunt essentialiter: iterum accipitur pro eo quod est καὶ ὑπερβολῶ, id est, per excellentiam, uel pro supra modum. Cum ergo statuum uere dico esse lapideam, intellego per essentiam esse lapidem, non sic intelligo Christum uere esse petram, id est per essentiam esse saxum: sed uere esse petram, hoc est firmitate, soliditate, certitudine supra omnem esse petram. Veruntamen & hoc bis tropus est, cum dico, uere esse petram: suntque duorum tropi in hoc sermone: Christus est uere petra, Hyperbole & Metaphora. Ad hunc modum ergo negare nequit Fides aut communis fidelium sensus, quin figurantia, in praesenti sermone, figuratorum nomina mutuo acceperint: id quod minime debet absurdum cuiquam uideri, symbolum scilicet aut figuram pro figurato, aut ipso cuius est symbolum accipi, ut quandoquidem hac panegyri commemorationem facimus Christi corporis, ueri illius per essentiam, pro nobis casti, & sanguinis eius pro nobis effusi, symbolis istis

Petra erat Christus.

Vere.

HVLDR  
 illis pane & uin  
 nem adpellamu  
 uit, & discipuli  
 tur hic quidam i  
 set, ingrem ab e  
 scriberet. Ad hu  
 hac est, unde istu  
 cipi, sed & tropi  
 hominum gener  
 tur, figuratum se  
 ipsi testibus fig  
 uideamus quid  
 le homuncio no  
 auctore Plutarc  
 quam uel de lor  
 cui propria est,  
 tionem significa  
 uinum autem  
 Ceres, hoc uero  
 est relatio, cogn  
 Hoc est corpus  
 est, nihil auferes  
 rybdim cadis. Q  
 pi, facis per Me  
 nis & uinum no  
 quam uinum &  
 Na enim sic sum  
 autem Bacchus c  
 sus instituerit. D

istis pane & uino, iam panem corpus, uinum autem sanguinem adpellamus, quod & Christus ad hunc modum adpella uit, & discipuli nō aliter accepisse planē uidentur. Obloquitur hic quidam in libello, tam egregio, ut si Syllæ oblatuſ eſſet, ingētem ab eo mercedem abſtuliffet, ne ultra quicquam ſcriberet. Ad hunc modum inquam obloquitur: *μετωνυμία*, hæc eſt, unde iſtud uerbum, Eſt, non poteſt pro ſignificat accipi, ſed *ὑπαρκτικῶς*, id eſt, ſubſtantiuē. Quid faciaſ huic hominum generi? quod dum ſe figuris male intellectis tueretur, figuratum ſermonem eſſe negat aut tropicū: ubi tamen iſtis teſtibus figura eſt. An *μετωνυμία*, tropuſ non eſt? Age uideamus quid tandem ſit Metonymia, ut tute uideas belle homuncio non intelligere quod cornicariſ. Metonymia, authore Plutarcho in uita Homeri, quem tu nimirum nunquam uel de longinquo ſalutaſti, eſt, quæ dictio, quæ ali cui propria eſt, aliud per relationem quandam aut cognationem ſignificat. Vt cum triticum aut panem Cererem, uinum autem Bacchum aut Lyæum adpellamus, quod illū Ceres, hoc uero Bacchus inuenerit: hæc enim eſt *ἀναφορά*, hoc eſt relatio, cognatio, uel proportio. Quod ſi in iſto ſermone, Hoc eſt corpus meū, uel, Hoc eſt ſanguis meus, Metonymia eſt, nihil auferes, quā quod dicitur: Scyllam uitans, in Carybdim cadis. Quæ enim negare uis, Eſt, pro ſignificat accipi, facis per Metonymiam tuam, quod ſymbola iſta panis & uinum non magis ſunt ipſa caro & ſanguis Chriſti, quā uinum & panis ſunt ipſi Bacchus & Ceres.

Iſta enim ſic ſunt adpellata, quod triticum Ceres, uitem autem Bacchus colere docuerit. Euchariftiam Chriſtus inſtituerit. Dicuntur ergo ſymbola iſta panis & uinum,

Christus, corpus Christi, sanguis Christi per Metonymiam: non quod ista sint, puta Christus, corpus, sanguis: sed quod à Christo instituta sint. Nos autem Metaphoram esse diximus, quod is tropus latissime pateat tã inter nomina, quàm inter uerba. Cum ergo nos dicimus per Metaphoram huius sermonis tropum explicari oportere, liberum facimus, siue nomina per Metaphoram explices, siue hoc uerbum est, siue utraq;. Habe tibi primum nomina: Hoc est corpus meum. Id est: Hic panis est corporis mei symbolum. Nunc uerbum accipe: Hoc est corpus meum. Id est, Hic panis significat corpus meum, pro uobis scilicet esse traditum. Postremo tam nomen quàm uerbum tropice explica: Hoc est corpus meum. Id est: Hic panis significat symbolum corporis mei. Hoc est, non aliter quàm symbolum (nolumus enim symboli symbolum esse) perpetuò refricabit uobis corporis mei memoriam quod pro uobis depensum est. Et quum tu per Metonymiam hunc sermonem explicas, nonne utraq; expositio huc tendit, ut panis & uinum nullo pacto sint corpus aut sanguis? sed horum signa? nisi quod tu Metonymiam esse ais, ubi Metonymia proprie non est. Sed iam quod ad hanc argumentationem adinet, uela colligemus. Possumus inquam ex ipsis Christi uerbis inuenire, quod ea per tropum exponi oportet: ut nunc auditum est de poculi exhibitione, quod talibus uerbis præbuit, ut nisi tropum admittas, cogaris non modo obscura esse confiteri, sed contraria, irrita, ac minime constantia. Rursum si tropum recipias, plana & expedita esse omnia, neq; quicquam relinqui quod torqueat. Hacenus de argumentatione, quæ uerbis Christi, in præbitione poculi dictis nititur: quæ si, ut certe faciunt, tropum hic admittere compellunt: iam de ijs quæ ad panis porrectionem sunt dicta, actum erit,

erit, cum unius eiusdemq; sint instituti, quo circa eis præteritis, ad alia transimus.

Quæ autem de nouo succurrerunt, aut suggesta sunt, duo quoq; sunt, quorum iterum scripturæ testimoniū alterum est: alterum ex scriptura argumentatio. Sed conuerso ordine argumentationem nunc priore loco ponemus. Ea uero nostra non est, sed Heinrychi Engelhardi olim pontificij iuris doctoris, nunc uero pauperis Christi discipuli, qui dum ad undecimam diem Aprilis coram Scœnatu Diacositorum, is est Scœnatorū ducentorum, de abolendis, Missa: & panis ac uini adoratione, ageremus: & ibi Scriba quidā (qui albus an ater sit, non est huius instituti dicere) forte surrexisset, atq; ad hunc modum quiritaretur: Equidem patres conscripti nō eo sum ordine aut loco, ut mihi coram uobis uerba facere liceat, dummodo causa ageretur quantūuis magna, quæ ad rempublicam attineret: cum autem hic animarum salutis cardo uersatur, ipsaq; fides periclitetur, cuiusq; esse arbitror, ut in mediū adducat quæ sentiat. Ego igitur firmiter credens in isto pane uerum corpus, ac uerum sanguinem edī, testor me in hac esse opinione: neque me patiar ab ea diuelli, speroq; de uobis patres conscripti, qd̄ nullo pacto sitis me ad Zuinglij opinionem adacturi. Et tu Zuingli, inquit, sophisticarum uersutijs acerrime obstitisti, nunc uero, ut plane dicam quod sentio, uideris nos denuo sophisticarū cauillijs circumscribere. Multa deniq; alia quæ ad hanc rem facerēt, questus esset, ut illi uidebatur scite ac grauiter. Cumq; nos ad ea quæ responsione digna uidebantur, puta, Tiguri neminem unquā ad fidē fuisse cōpulsū: neq; ad ullā rem: neq; Sophisticum esse, si hanc uocem, Est, per significat, quisquam exponat (hoc enim sophisticum esse dixerat) eū

inquam respondissemus ad ea, quæ roboris aliquid habere uidebantur: isteq; iam ad hæc arma se conuerteret. Ego sic credo, sic sonant uerba: Hoc est corpus meum: Est, est uerbum substantiuum, ideo alius intellectus esse nequit, quàm quod panis sit caro. & similia quæ carnis cupidi obiectant. Tum inquam dictus Heinychus uir graui iudicio, Auscultata paulisper ait: Ego abunde ostendam tibi ex sacris literis, panem corpus Christi esse non posse. Ac deinde ad hunc feruè modum differuit. Patres conscripti si ulla in re unquam perniciose errauimus, hoc quoque in adoratione Eucharistiæ factum est non solum perniciose, uerum etiam stulte. Cum enim scripturam debeamus ex scriptura, Christo etiã monitore, qui scripturas scrutari iubet, exponere, quid orationis causæ est, cur non per omnem noui Testamenti scripturam nauigando lustremus, quàm uarie corpus Christi accipitur, ac deinde iudicemus, de quo nam corpore isto loco loquatur? Inuenimus autem omnino trifariam de Christi corpore mentionem in diuinis literis fieri. Semel de naturali corpore isto, quod ex uirgine natum est quo esuriuit, sitiuit, feruit, alsit, hilaris ac tristis fuit, quod postremo in ara crucis pro nobis cæsum est. Iterum inuenimus de corpore, quod à mortuis excitatum atque ab his morbis defecatum, per miraculum tamen discipulis ad tangendum exhibitum est. Postremo de mystico eius corpore, quod est Ecclesia. Expendemus igitur, quod nam istorum corporum sit hic discipulis datum. Non primum hoc naturale, sic enim, edere non posset, nisi dentibus manderetur acut reliqui cibi commoleretur, à qua manducatione Christus ipse auocat. Ioan. 6. Cum Iudæis de sensibilibus corporis manducatione cogitantibus, dum ipse de fiducia in se habenda

*Corpus Christi.*

benda differeret, ad hunc modum respondit suis, Caro non prodest quicquam. Hoc unice uolens confutare, in quo isti hallucinabantur, nempe corpoream manducationem: hoc enim pacto neque dentibus tritus, neque stomacho perfectus, quicquam prodest. Quod si discipuli ad hunc modum edissent, aliter nimirum edissent atque nos, ipsis enim edentibus nondum erat in cruce cæsus. Deinde, quomodo potuisset corporaliter edi, quem oportebat in cruce corporaliter extendi? Cum ergo ipse neget se corporaliter deuoratum quicquam prodesse, cõstat, hæc uerba: Hoc est corpus meum, nulla causa de naturali corpore intelligi debere, ut panis sit corpus: nam corpus ad hunc modum nihil prodest cum caro sit. Sed neque de corpore secundo loco accepto intelligi possunt, primum quod discipuli nõ eodem modo, quod nos, edissent: ipsis enim edentibus, ne occisus quidem etiam num erat, nedum à mortuis excitatus. Secundo, quod hoc corpus quod à mortuis resurgendo purissimum ac mundissimum reddidit, cœlis intulit: ubi ad dexteram dei sedet usque ad istum diem, quo mundum iudicabit: expectans, donec inimici eius scabellum pedum suorum fiant. Hebr. 10. De mystico uero corpore, quod est ecclesia, sic non possunt intelligi Christi uerba, ut nullum sensum minus ferant quam, hoc est corpus meum, id est, iste panis est Ecclesia mea, nam Ecclesia non traditur pro nobis: at continuo sequitur, quod pro uobis traditur. Quum ergo Christus sit pro nobis traditus non Ecclesia (quid enim est Ecclesia quam nos?) colligitur in his uerbis tropum esse, neque ulla ratione de carnali corpore Christi posse intelligi. Obijciebat Scriba iste, Christum ex uirgine natum esse, à qua re sensus non minus abhorreret, quam ab ista carnali manducatione, cui

nos brevibus tum respōdimus : quoniam autem hic sumus eam obiectiōnem paulo post fufius tractaturi, nunc nihil de ea. Quādoquidem autem cōepimus Hystoriam adfpergere, atq; ea omnis ad hanc rem facit, pergemus ipsam ultra profequi. Post cōflictiōnem cum Scriba habitam, statuit Scenatus ut à prandio Scenatores quatuor cum Heinrycho Engelhardo, Leone, Megandro, Myconio atq; nobiscum conveniant, quo res tanta gnauiter ventilaretur. Id uero ad hunc usum maxime fiebat, ut quibusdam obstrepentibus undiq; satisfieret. Deliberabatur aliquādiu uarie, sed omnis deliberatio (ne quis me proditorum secretorum arguat) hunc exitum accepit, ut sequenti die, duodecimo Aprilis, ad Scenatum uniuersa causa iterum referretur. Dicā hic obiter de usu Scenatus Diaconiorum, propter quem quidam nos calumniantur, quod ea quæ totius Ecclesiæ esse debeant, nos perducendos agi patiamur, cum totius urbis & uicinarum Ecclesia sit plus minus septem millium. Sic ergo habeant isti. Qui uerbo præsumus Tiguri, iam olim libere monuimus Diaconios, qd' ea quæ iudicio Ecclesiæ totius fieri debeant, ad ipsos non alia lege reijci patiamur, quàm si uerbo duce consulant & decernant. Deinde quod ipsi nō sint aliter Ecclesiæ uice, q̄ quod ipsa Ecclesia tacito consensu hactenus benigne receperit eorum Scenatus uel cōsulta uel decreta. Vulgauimus eandem sententiā apud uniuersam Ecclesiam : admonuimus etiā hac tempestate, qua nonnulli feruntur stupidissimis adfectibus, quos tamen spiritum interim, si Dijs placet, uideri uolunt, haud tutō multitudīni committi posse quædam : non quod uereamur Deum Opt. Max. defuturum, quo minus dirigat Ecclesiam suam : sed rebus adhuc teneris, non miſcendam esse contentiōnis occasionem. Suasimus ergo, ut plebs

Quomodo Scenatus autoritate utantur fideles Tiguri in rebus externis.

HVLDR  
plebs iudicium e  
mittat, ut ad uerb  
licentes, quod sic  
se, confestim prod  
hunc usq; diem E  
lum promulgaue  
hactenus utitur, e  
ram adpareat, si q  
te impedire coner  
tus ad Christi, t  
na feruetur. Qui  
ad scenatum Dia  
conum & Antiochi  
iolyam mitti  
sit, causa fuit, qu  
quæ quanto mai  
autem Diaconij  
hæc adparet, qd  
ginibus, de cele  
sijs quæ in oppic  
cum, quod Eccle  
non magnopere  
sic, ut ex Deo esse  
hactenus, ante or  
natus iudicio cog  
ctum est, ut quicq  
rent, iam dudum i  
niz scenatum Dia  
nominis, quod usus  
omnia & cum deo

plebs iudicium externarum rerum hac lege Diaconis permittat, ut ad uerbi regulam omnia comparentur, simul pollicentes, quod sicubi coeperint uerbi auctoritatem contemnerent, confestim prodituros esse ac uociferaturos. Consentit ad hunc usque diem Ecclesia, tamen si Decretum super ea re nullum promulgauerit, sed gratitudine ac tranquillitate, quibus hactenus utitur, consensum suum sic probat, ut aegre latueram adpareat, si quis Euangelij successum arguta curiositate impedire conetur: simul non ignorans, ut rebus istis debeamus ad Christi, nostrumque decorum sic uti, ut pax Christiana seruetur. Quicquid ergo de immutandis ritibus occurrit, ad senatum Diaconorum refertur, non absque exemplo, nam & Antiochia duos modo, Paulum & Barnabam Hierosolymam mittit: nec ipsa decernit, quod tamen iure potuisset, causa fuit, quod immoderatam contentionem uereretur: quae quanto maior est concio, tanto magis crudescit. Quod autem Diaconi in his rebus, Ecclesiae non suo nomine agant, hinc adparet, quod quicquid apud nos statuitur, puta de imaginibus, de celebranda Eucharistia & similibus, id eis Ecclesijs quae in oppidis & agro sunt liberum relinquit: ubi nimirum, quod Ecclesiae non sunt tantae, contentionis incendiū non magnopere metuendum esse uident. Cessit consilium sic, ut ex Deo esse facile cognoscas. Sic igitur soliti sumus hactenus, ante omnia multitudinem de quaestione, quae soenatus iudicio cognoscenda erat, probe docere. Sic enim factum est, ut quicquid Diaconi cum uerbi ministris ordinarant, iam dudum in animis fidelium ordinatum esset. Denique senatum Diaconorum adiuiimus, ut Ecclesiae totius nomine, quod usus postularet, fieri iuberent, quod tempestiue omnia & cum decore agerentur. Factum est itaque, ut contem-

tionis malum ab Ecclesia prohiberetur, non aliam ob causam, quàm nimiam multitudinem adfectuūq; audaciā: & in eum locum retruderetur ubi innoxie audiri, ac uinci posset: occalluerunt enim tribunalū & prætoriorū aures ad litigia & rixas. Sic utimur Tiguri Diacositorum scenatu, quæ summa est potestas, Ecclesiæ uice.

Nunc in uiam redeo. Cum ergo duodecimo Aprilis die ad scenatum rediremus, atque ut Missa in uniuersum aboleretur ageremus, prodit denuo Scriba iste, atque eandem cantilenam canit. Addit'que me quidem sic docuisse, ut ista uox, Est, in presentibus Christi uerbis pro significata sit, at ægre scripturæ testimonijs probauisse ad hunc modum accipi debere: nam isti sermones, Semen est uerbum Dei. Luc. 8. & Ager est mundus: Inimicus homo est diabolus. &c. Matth. 13. ad hoc propositum nihil faciant, Christus enim hic parabolice (hoc enim emblemate ornat' bat germanicum sermonem doctus homo) locutus sit, non etiam istic, quum dicit: Hoc est corpus meum. Cui breuiter cum respondissemus hoc modo (quo etiamnum responde- mus ijs, quibus contentio studio est, nō ueritas: dum audent in re tam adperta nodum & obscuritatem, in quam se recondant, quætere, ut simul cum isto Scriba, prodita inscitia sua, dicant, prædictis locis Christum per parabolam esse locutum, tropumq; subesse) Christum nemo negaret parabolam proposuisse duas, unam Lucæ .8. de semine uerbi, alteram de semine diaboli. Matth. 13. quibus locis, nemo non uidet figuratum esse sermonem, quàm diu parabola contextitur. At ubi finita parabola discipuli interrogant, altero loco sic: Quæ est hæc parabola? altero uero sic: Ediffere nobis parabolam zizaniorum. Et Christus sic præfatus esset: Vobis datum

HVLDR  
 datum est nos sen  
 bolam retereret,  
 Quis porro tam i  
 dicat, ubi ipse ex  
 dicit semen, de qu  
 quis tam excors  
 tam adpette sit i  
 tis sermonibus?  
 peritur parabola  
 sequitur obturba  
 non sit mundus,  
 posse quin parat  
 ipsi ignorantian  
 tis discrimen int  
 litudo est aut co  
 sio, ut uox enat  
 in aliud transfe  
 commodetur.  
 Sicut homo pe  
 didit illis bona  
 mendationem a  
 bat ergo te cōmi  
 ficut uerbo instat  
 fa fuerat. Parabo  
 lagenæ in pelagu  
 pulcatores homin  
 potest ferre fructū  
 nisi in me manser  
 ris: uos palmites.

datum est nosse mysterium regni Dei. &c. ac subinde parabolam retexeret, atque ostenderet quid, quocq; significasset. Quis porro tam stupidus aut brutus est, ut parabolam esse dicat, ubi ipse ex professo parabolam exponit? Cum iam dicit semen, de quo paulo ante uobis dixi, uerbum Dei est &c. quis tam excors est, ut aduc parabolæ cursum esse dicat? Cū tam adperte sit intercūsus, Christi discipulorumq; luculentis sermonibus? Nam si & hic parabola est, ubi tandem adperitur parabola seminis & zizaniorum? Nihil tamen sequius obturbant isti. Parabolam esse oportere, nam ager non sit mundus, neque semen sit uerbum: igitur fieri non posse quin parabola sit. Hoc ipsum maxime cupiebam, ut ipsi ignorantiam uestram proderetis, uidelicet, quod nescitis discrimen inter parabolam & tropum: Parabola similitudo est aut comparatio: Tropus talis translatio est ac uersio, ut uox è natua significantia, ceu planta è natuo solo, in aliud transfertur, in aliam nō sine affinitate quadam accommodetur. Parabola est. Matth. 25. cum Christus dicit: Sicut homo peregre proficiscens uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. &c. Ea enim uerbi ministerium ac commendationem adumbravit. Tropus est, cū dicit: Oportebat ergo te cōmittere pecuniā meam numularijs, quo significat uerbo instandum fuisse ijs, quibus ea prouincia commissa fuerat. Parabola est, cum dicit: Regnū cœlorū simile esse sagenæ in pelagus iactæ. &c. Tropus est, cū dicit: Faciā uos piscatores hominū. Parabola est, cum dicit: Sicut palmes nō potest ferre fructū à semetipso, nisi māserit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis. Tropus est, cum dicit: Ego sum uitis: uos palmītes. Sic & hic Parabola est, cum dicit: Exiit

D ij



quidam ut seminaret semen suum. &c. Tropus est cum dicit: Semen est uerbum Dei, nullum enim semen est uerbum, puta neque tritici, neque hordei, sed semen de quo locutus erat uerbi solum erat. Non potest ergo iure quisquam dicere, ista Scripturæ exempla huc non facere, quod per parabolam Christus istuc loquatur. Iam enim parabolam finierat, ac quicquid per eam uoluisset, plane iudicat. Sic & isto loco: Hoc est corpus meum, ista uox: Est, tropice pro significat posita est, ut sit sensus, Hoc, significat aut figurat Corpus meum esse pro uobis traditum. aut: Hoc est solum quod corpus meum pro uobis est traditum. Cum inquam in hanc sententiam, quanquam nunc paulo fusius, respondissemus, missaque contentione è scenatu nos recepissemus, secutum est scenatus decretum totius Ecclesiæ nomine, ad hunc ferme modum: Eucharistia Deo uolente iuxta institutionem Christi apostolorumque ritum posthac uti minor. Infirmis ac in fide adhuc rudioribus fas esto hac uice tantummodo, uetere more uti. Missa in uniuersum sic abolita, antiquata & ablegata esto, ut ne crastino quidam die repetatur. Mox quod foelix faustumque sit, gratulata est tota Ecclesia, præter paucos: ne quid atrocius dicam, uel imbecilliores, uel rudiores, qui in hanc lucem etiamnum aciem dirigere nequibant. Illuminet nos omnes deus, & homo Christus Iesus uera lux, ut quicumque tandem hallucinentur, liquidò uidere queant quod uerum est.

Restabat adhuc haud minimus conatus, quo scilicet exempla proderemus, quæ nulla cum parabola coniuncta forent. Cœpimus ergo cogitare omnia, omnia reuoluere, attamen aliud nihil exemplorum occurrebat, quam quod in Cōmentario proditum est: aut quod occurrebat, erat illorum simile.

simile. Cū uero te  
uerz, ut cœlare uol  
dominus impertit  
nibusq; exponan  
petere, Visus sum  
concedere cū adu  
uerum scirem, neq;  
non possem: qui r  
fallaci ludere noc  
mus, quod ad nos  
nam didicimus,  
dumus) uehemen  
est monitor ad ell  
nium enim narre  
quod Exodi, 12.  
domini, Protinus  
tio, & è lecto exi  
dique circumspic  
differo: qui serm  
dicemus, omnib;  
nihil propter par  
dificultat. Factūq;  
rales ac Resur  
lit, quantum ipse nur  
ollasq; Aegyptias  
sed nunc locum ip  
Est igitur, ne  
men hactenus non  
post emulgatū com  
u. Scripsum, ad hu

simile. Cū uero tredecima dies adpeteret, Vera narro adeoq̄  
 uera, ut cœlare uolentem conscientia cogat effundere, quod  
 dominus impertijt, non ignorans quantis me contumelijs  
 risibusq̄ exponam. Cum inquā tredecima Aprilis lux ad  
 peteret, Visus sum mihi in somno, multo cum tedio denuo  
 contendere cū aduersario Scriba: sicq̄ obmutuisse, ut quod  
 uerum scirem, negante lingua beneficium suum, proloqui  
 non possem: qui me angor, ut solent nonnūquam somnia  
 fallaci ludere nocte (nihil enim altius quā somniū narra  
 mus, quod ad nos adtinet: tamen si leue nō sit, quod per som  
 niū didicimus, gratia Deo, in cuius solius gloria ista pro  
 dūmus) uehementer turbare uidebatur. Ibi *ἀπὸ μηχανῆς* uisus  
 est monitor adesse (ater fuerit an albus, nihil memini, som  
 niū enim narro) qui diceret: Quin ignaue respondes ei,  
 quod Exodi. 12. scribitur, Est enim Phasē, hoc est transitus  
 domini. Protinus ut hoc phasma uisum est, simul experge  
 fio, & è lecto exilio. Locum apud Septuaginta primum un  
 dicq̄ circumspectio, ac de eo coram tota concione pro uirili  
 dissero: qui sermo ubi acceptus est, quēadmodū paulo post  
 dicemus, omnibus sacrarū literarū candidatis, qui adhuc nō  
 nihil propter parabolæ obstaculū hærebant, omnē nebulam  
 discussit. Factūq̄ est, ut tribus istis diebus cœnæ domini Pa  
 rasceues ac Resurrectionis tantū pascha Christi celebratum  
 sit, quantū ipse nunquā uidi: eorumq̄ numerus, qui ad allia  
 ollasq̄ Aegyptias respectarent opinione longe minor esset:  
 sed nunc locum ipsum tractabimus.

Est igitur, ne diutius hystoriam admisceam, quam ta  
 men hætenus non præter rationem iunximus, alterū, quod  
 post emulgatū cōmentariū succurrit, scripturæ exēplū. Exo.  
 12. scriptum, ad hunc modum: Renes uestros accingetis, &

*Pascha siue pascha*  
 calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in mani-  
 bus, & comedetis festinanter: Est enim pascha, id est transitus  
 Domini. Vt autem locum istum commodius tractemus, uo-  
 lumus paulo altius de paschate repetere. Scribit Hebraeis Pau-  
 lus cap. 10. Legem umbram habuisse futurorum bonorum.  
 Cum autem inter omnes umbras, & res in Christo comple-  
 xas, nullae manifestius sibi mutuo respondeant, quam Pascha  
 ueterum, & Christus in cruce mactatus, fit, ut nulli Apo-  
 stolorum, nulli doctorum aliter sentiant, quam Pascha claris-  
 simam esse mortis Christi praefigurationem, Christum que  
 ipsum uerum esse pascha, quo in sempiternum sanctificas-  
 ti consummantur, id est, quo credentes a seruitute peccati  
 liberati, caelo inferuntur. Vnde Paulus. 1. Corinth. 5. Ete-  
 nim, inquit, pascha nostrum mactatum est, Christus. &c. Oten-  
 dit hoc idem Christus ipse tam uerbis quam factis. Cum biduo  
 ante pascha diceret: Scitis quod post biduum pascha erit, &  
 filius hominis tradetur ut crucifigatur, hoc porro intendens,  
 quod in isto paschate, agnus qui peccatum uniuersi absterge-  
 ret, mactandus esset. Quasi ad hunc modum loqueretur: Sci-  
 tis post biduum adesse pascha, hoc ipsum pascha est quo fili-  
 us hominis mactabitur. Inter edendum autem sic animi aestum  
 prodidit: Desyderio uehementi desyderauit hoc pascha man-  
 ducare uobiscum priusquam patiar, quo scilicet ueterem pa-  
 negyrim aboleret, ac nouam institueret. Comemorationem  
 unius populi ex Aegyptiaca seruitute liberati, cum comme-  
 moratione redempti ab imperio diaboli & mortis mundi, com-  
 mutaret. In ipsa celebritate media caesus est, quod nec increduli  
 non uiderent caelestis prouidentia curatum esse quicquid fie-  
 bat. Cum ergo nemo inficietur eam panegyrim quae olim ce-  
 lebrata est in recordationem carnalis liberationis transiisse  
 in Eucharistia

HVLDR:  
 in Eucharistiam  
 calamus non carne  
 per filium eius rec-  
 te instrumento po-  
 tum & ingenium  
 bent enim in sacri-  
 quocumque similem. V-  
 ret se matrem futu-  
 rem: Num imp-  
 uerbis postea Di-  
 nam Elisabeth p-  
 Deum omne uer-  
 cum se confestim  
 umbra alterius f-  
 Verba igitur, m-  
 que comparemu-  
 Cum De-  
 deberent macta-  
 addit: Et come-  
 aut praeteritio  
 quod dixerat, C-  
 ae, cur festinante  
 inter uerba Chri-  
 runt: Hoc est eni-  
 dentis uerbi, Est,  
 bolo. Ista igitur u-  
 ratione posita est ex-  
 si quae antecessera  
 ficatione accipiat.  
 festinaret discerpi-

in Eucharistiam nostram, id est gratiarum actionem, qua gratulamur non carnem esse manumissam, sed mundum cum Deo per filium eius reconciliatum, non debet ullus locus ex uetere instrumento potius excuti ad uidendum sermonis Christi uim & ingenium, quam iste quo uetus pascha institutum fuit. Habent enim in sacris literis res aliquo pacto similes, sermonem quoque similem. Ut cum Gen. 18. Sarah non propere crederet se matrem futuram, ait Dominus iuxta. 70. interpretati onem: Num impossibile erit uerbum apud Deum? Eisdem uerbis postea Diua uirgo Maria docetur & se & cognatam suam Elisabeth parituras, eo quod non sit impossibile apud Deum omne uerbum. Sed exempla quid molior adducere, cum se confestim utrumque instrumentum offerat, quum alterum umbra alterius fuerit, & in figura istis omnia contigerint? Verba igitur, missis omnibus, ueteris agni & noui aeterni- que comparemus, ut liqueat id quod controuertitur.

Cum Deus iam tradidisset qualem agnum aut pecudem deberent maclare, & qua ratione uel modo Exo. 12. tandem addit: Et comedetis festinanter, Est enim pascha, hoc est saltus aut praeteritio Domini. Quod, Enim, dictum est, huc pertinet, quod dixerat, Comedetis festinanter, ut reddita ratione doceat, cur festinanter distrahi debeat. Eam uocem arbitror hinc inter uerba Christi relatum esse a Romanensibus, cum dixerunt: Hoc est enim corpus meum, utinam tunc simul praecedentis uerbi, Est, uim non transiliuissent in ipso saltus symbolo. Ista igitur uox, Est, hoc loco citra omnem parabola suspensionem posita est: exigit enim hoc causalis coniunctio, Enim, etiam si quae antecesserant, parabola fuissent: ut in sua quadam significatione accipiant, nec tamen substantiue reddi enim ratio cur festinanter discerni debeat. Si ergo, Est, substantiue contendamus

accipere, quid obsecro dici poterit absurdus? Quomodo enim agnus esse saltus posset, qui quidem saltus non dum factus erat? Præteritio enim ista siue saltus, quo primogenitis Hebræorum parcebatur, nō etiam Aegyptiorum, proxima tandem nocte sequebatur. Quis ergo tam tardus erit, ne dicam hebes aut pertinax, ut nō uideat, Est, hoc loco positum esse pro significat: aut symbolum est, aut figura est? Agnus enim iste per omnem Hebræorum posteritatem esus, nihil quàm significabat patres eorum, cum in Aegypto dominus omnia primogenita trucidaret, esse præteritos. Est, igitur aliter quàm dictum est, accipi nequit, uidelicet pro symbolum est, aut figura. Ut sit sensus: Comedetis festināter, Est enim symbolum siue figura præteritionis Domini. Hoc ita habere testatur ipse dominicus sermo, quo modum tradit posteros docendi de isto tum beneficio tum symbolo, eodem capite his uerbis: Et cum dixerint uobis filij uestri, Quæ est ista religio? dicetis eis: Victimam transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israël in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans. En ut nunc uictimam trāsitus, id est præteritionis domini uocet, quod paulo ante transitum adpellauit: nō quod transitus, sed quod uictima uel symbolum transitus esset. Quid nunc quæso causæ est, quæ eundem tropum nolint quorundam mentes recipere in constitutione nouæ & aternæ Gratiarum actionis? cum omnia sic conueniant, sic sibi respondeant, ut qui eis cederenolit, disperdere uideatur, non ædificare uelle. Instituitur istic commemoratio: instituitur hic. Istic carnalis manumissionis: hic cum Deo Opt. Max. reconciliationis. Instituitur istic symbolum commemorationis, antequam ea res gesta esset, cuius symbolum labētibus sæculis futurum erat: sic &

HVLDR  
 sic & hic instituitur  
 re quæ occidere  
 occisi futurum e  
 quæ crastino die  
 gura uespere, cu  
 queretur, cum C  
 promulgaret. C  
 bus omnia nequ  
 Christo sol, tellu  
 seruos ex officio  
 micidæ sequestr  
 seruos cum coeli  
 in profundum  
 fundo, ut uiuifi  
 agnus esset disc  
 Domini primos  
 uire. Cum hic  
 nocte concubi  
 mogenitus, ut  
 tur parceret aut  
 essent Christi fa  
 umbra cum re  
 ditum est, mens  
 amplectetur. Cu  
 bra tropum adpe  
 cum tropus adm  
 nia occludat, om  
 quis enim nūqua  
 semper offendit:  
 quam tamen zeli

sic & hic instituitur symbolum Christi pro nobis occisi ante  
 teaquā occideretur, quod tamen sequenti tempore symbolū  
 occisi futurum erat. Instituitur uespere liberationis figura,  
 quæ crastino die sequebatur: instituitur gratiarū actionis fi-  
 gura uespere, cum reconciliatio ipsa proximo tandem die se-  
 queretur, cum Christus omnia consummata esse uerus præco-  
 promulgaret. Currebant olim Aegyptij seruis aufugientibus  
 omnia nequicquam molientes. Tumultuatur mortuo  
 Christo sol, tellus, saxa, uelum, & inferi ipsi. Indignantur illi  
 seruos ex officio abire, indignantur isti, quod immanes ho-  
 micidæ sequestrem Dei filium trucidassent, qui fugitiuos  
 seruos cum cœlesti domino reconciliauerat. Descendunt il-  
 li in profundum, quemadmodū lapides: emergūt isti è pro-  
 fundo, ut uiuificatarum animarum testes essent. Cum istic  
 agnus esset discerptus uespere, media nocte cœpit Angelus  
 Domini primogenita Aegyptiorū cedere, ac Israëlem trans-  
 silire. Cum hic panis & uinum absumpta essent uespere, iā  
 nocte concubia capitur unigenitus Dei: noster autem pri-  
 mogenitus, ut uinciretur diabolus, ac mors ipsa absorbere-  
 tur: parceret autem Vindex Dei iusticia ijs, quorum mentes  
 essent Christi sanguine aspersæ. Quid uero per partes conor-  
 umbram cum re conferre: cum protinus, ut passa nomen au-  
 dītum est, mens fidelis Christi mortis commemorationem  
 amplectetur. Cur igitur tam audaces sumus, ut cum in um-  
 bra tropum adperte uideamus, in luce negemus: præsertim  
 cum tropus admissus omnia reddat adperta: negatus, om-  
 nia occludat, omnia reddat perplexa, attonita, & desperata:  
 quis enim nūquam ad istas tenebras offendit: imò, quis nō  
 semper offendit: Propiciā nonnūquam habemus Eridem,  
 quam tamen zelum diuinum uideri uolumus, non prouit-

dententes quantam regno papistico sese tuendi occasionem hac portentosa opinione reliquam faciamus.

Sed infigunt hic quidam uutiligatores apud simplices hunc aculeum: Apud Hebræos hoc loco non haberi, Est, quemadmodum nec in Genesi. 41. septem boues pulchræ sunt septem anni fertiles, haberi, Sunt. Quid obsecro mirum est omnia esse plena dissensionum: Cum sic quisq; audet pro sua libidine rudibus imponere: id autem linguarum beneficio, quasi eis ad tuendas nugas abuti liceat: Sic graculi cum simus, aquilæ uideri uolumus: linguarum nomina uix audiuius, & de illis subito gloriamur, quasi omnem in eis ætatem triuerimus: & quod omnium est audacissimum ac impudentissimum, doctiores nobis, uideri uolumus earum esse ignaros apud rudes. Quid tum si Hebræi altero loco nō habent, Est, altero non habent, Sunt: nam neque Græci eo loco habent, Est, sed ἔστι, neque Germani habent, Est, sed, Ist. In altero quoq; loco Geneseos. 41. neq; Græcis neq; Germanis scriptum est sunt: sed illis ἐστὶ, istis autem, Sind. Si uero apud Hebræos tales uoces sunt, quæ, Est, & Sunt æquipolent, quid oro nodum in scirpo quærimus: quasi uero quisq; nisi rudis hebrææ linguæ ignoret istas uoces hu & hi: hēna & henna pro ipse uel ipsum est, ipsa est, ipsi uel ipsa sunt, ipsæ sunt, perpetuō accipi, ubi cum uerbo adiuncta non sunt: Ita ut si Christo sua uerba Euāgelistæ scripsissent, neq; nos neq; Græci haberemus, Hoc est corpus meum, sed Bassarai his. Quid autem hoc aliud est, si transferas, quàm quod nunc habemus: Ita & isto, Exod. 12. loco, dum hebraice legimus, Pæsa hu, quid hoc aliud est, quàm, hoc est pascha: Vide quò se abducant scioli isti: quas spiras moliantur, ne uicti esse appareant: An non & Lucas sic locutus est citra omne uerbum substantium

HVL  
 substantium  
 nouum testame  
 ditur: Attamen  
 cogitis interpreta  
 in meo sanguin  
 iniquum, rudi  
 eadem sit ferme  
 ina: Quæ sunt  
 uocibus utantu  
 & ueritati man  
 ut cum isti tam  
 intellexerint, r  
 mentis tue am  
 gere dixerunt,  
 animos fidelit  
 cent. An non  
 ledis e templi  
 obprobrent  
 dium Petrum  
 spōdimus: Ta  
 Petrus, nemin  
 trus statura, sed  
 pum agnoscim  
 in uerbo, Est. H  
 mentarium ace  
 tūc fuissent addi  
 fligato bello nu  
 perabimus, quæ  
 Sic ergo



substantiuum in præbitione calicis: τὸ τοῦ πῆλινου, ἢ κοινῆ διαφ  
 θῆκη ἐν τῷ αἵματι μου, ὃ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχάσωμενον, id est hoc poculū,  
 nouum testamentum, in meo sanguine, qui pro uobis effun  
 ditur: Attamen si articulos omnes probe uelis explicare, sic  
 cogeri interpretari: Hoc poculum nouum testamentum est  
 in meo sanguine. Quam stolidum ergo est, aut potius quàm  
 iniquum, rudibus linguarum præstigio os oblinere: cum  
 eadem sit sermonis uis in utraq; lingua, tam hebræa quàm la  
 tina: Quæ sunt enim linguæ tam uicinæ & cognatæ, ut eisdē  
 uocibus utantur: Desinamus igitur hæc suffugia causari,  
 & ueritati manifestissimæ cedamus. Quæ est em̄ temeritas,  
 ut cum isti tam bruti fuerint, ut tropum in hoc sermone non  
 intellexerint, nos ipsorum stuporem Chryssippeis machina  
 mentis ureamur: Sed bene habet, Chryssippi ingenium pun  
 gere dixerunt, nō penetrare: sic & artes istæ ac commenta in  
 animos fidelium non penetrant, quamuis pungant ac uelli  
 cent. An non iniqui iudices sumus, qui pridem, cum de abo  
 lēdis è templis imaginibus pugna ferueret, earumq; hostes  
 obprobrent, multos esse qui statuas ipsas colerent: & istam  
 diuum Petrum: aliam uero Vendelinum adpellarent, sic re  
 spōdimus: Tametsi hoc modo loqueremur, Hoc est Diuus  
 Petrus, neminem tamen ignorare, quod nō esset Diuus Pe  
 trus statua, sed eum significaret, eius figura esset. Ecce hic tro  
 pum agnoscimus, qui tamē in nulla alia uoce situs est quàm  
 in uerbo, Est. Hæc ergo sunt, quæ uel exciderunt, cum Com  
 mentarium acceleraremus, uel postea succurrerunt. Quæ si  
 tūc fuissent addita, forsan impressionem sic iuuissent, ut pro  
 fligato bello nunc tranquille degeremus. Nunc ad ista pro  
 perabimus, quæ aduersarij contra muniunt.

Sic ergo quidam renituntur: Fides est substantia res

rum sperandarum: argumentum non adparentium. Nemo ergo miretur, corpoream hic carnem adferi, eò quod ab omni sensu abhorreat, integrum ac uiuum corpus edi posse, fide hic est opus, quæ sic esse credat. Nam si sensu iudice, sic esse pronunciamus, iam non esset argumentum rerum non adparentium, sed ipsi sensus experirentur sic habere. Quibus contra sic respondemus. Hac obiectione toties peccari, quot uerba dicuntur. Attamē omnis error hinc manat, quod Paulinam sententiam. Hebr. 11. non probe capimus. Putamus enim fidem esse, opinionem quandam friuolam, qua ueluti cæca quadam audacia credamus ea, quæ ab omni sensu alienissima sunt. Quo pacto semper peccatum est, etiam apud gentiles, ut exempli causa dicamus. Socrates occisus est, quod in tantum uulgus deorum paulo inciuilius iocatus esset. Quare non consuluit uitæ, & credidit tantam esse deorum farraginem: quia non potuit. Tamē alij, dices, credebant. Respondeo minime, quamuis sic uideri uellent, ab omni enim sensu abhorret multos esse deos, dummodo Deum intelligimus, supremū istud bonum, quod omnia tenet, omnia possit: fieri enim nequit, ut multi sint summi. Sed qui sic à Socrate exigebant, ut cū eis putaret multos esse deos, audacia potius erāt stupidi, quam intellectu aut fide præditi. Nam si Socrates dixisset se credere tantum acruum esse deorum, iam hostiū suorum fidem æquauisset: sic enim ipse lingua confessus esset deorum multitudinē, nec tamē animo credidisset: quemadmodū & ipsi aduersarij, sed isto discrimine, quod Socrates sciuisset se non credere, quod multi essent dij, cū aduersarij præ cæca uanitate nūquam cogitauissent, an esset uerisimile quod plurimi essent nec ne, sed receptum uulgo errorem præcipites tuebantur. Accipiamus nūc istud

Multi

HVL  
Multi sunt dij,  
deos, hoc mod  
tium rerum. I  
deos: fides aute  
nūquā perueni  
Ecce in has Aug  
hic carnē esse cō  
dum maxime u  
fides de his reb  
nūiores peccar  
aut pro organis  
abhorret à sensu  
à sensu, nam ne  
nam Caro non  
accipiat pro  
sed quæ spiritu  
Quam ergo dici  
rere, intellectu  
hominis ab hac  
qui de sensu org  
nitione: nemo er  
corporeæ Christi  
absurdū sermoni  
igitur paucis uerbo  
inquit, He. 11. est  
corū quæ nō uide  
habitatione, quam  
rem uidet quā uar  
Est ergo fides, ear  
ber, ac sentit etia

Multi sunt dii, et persuadeamus Socrati, ut credat multos esse deos, hoc modo, quod fides sit argumentum non adparentium rerum. Nunquam enim adparet Socrati multos esse deos: fides autem est non adparentium: ergo Socrates ad fidem nunquam perueniet, nisi credat id, quod nulla ratione adparet. Ecce in has Augustinas nos ipsos seducimus, cum corpoream hic carnem esse contendimus ex paulinis uerbis istis de fide. Vt dum maxime uidemur fidem adserere, totam euertamus, quasi fides de his rebus sit, quae credi non possunt. Est & aliud quod rudiores peccant, uidelicet ista uox, *sensus*: hanc putant, aut pro organo, aut pro carnis sensu capi, cum dicitur hoc abhorret a sensu. Hic profiliunt: Nimirum abhorret ista res a sensu, nam non sentitur. aut: nimirum a carne abhorret, nam Caro non percipit ea, quae sunt spiritus. Cum sensus hic accipiatur pro mente ac sententia, non carnis & sanguinis, sed quae spiritu Dei discitur, & habetur in cordibus nostris. Quum ergo dicimus, Corpoream hic carnem edam a sensu abhorrere, intellectum iri uolumus, quod omnis mens, etiam fidelis hominis ab hac opinione abhorreat. Quid enim referret loqui de sensu organo, uel carne, quod is abhorreret ab hac opinione? nemo enim hoc ignorat. I, & dicito coram infideli de isto corporeae Christi carnis esu, rideberis non solummodo propter absurdum sermonem, sed & propter Christum ipsum. Volumus igitur paucis uerborum Pauli sententiam de fide exponere: Fides inquit, He. 11. est substantia eorum quae speramus: argumentum eorum quae non uidentur. Substantiam hic accipi pro ea mentis habitatione, quam quisque fidelis habet, nemo ignorat, qui saltem uidet quam uarie ista uox *ἰπιστοσις* apud graecos accipiat. Est ergo fides, ea mentis certitudo & summa, quam homo habet, ac sentit etiam habere, in eas res, ad quas tendimus: in

quas spes omnes dirigimus. Et quod sequitur expositio est  
 superiorum. Argumentū eorū quæ nō uidentur *ἄλογος* græ-  
 cis est, quod Latini interpretes argumentum uerterunt, Ex-  
 perimentum fortasse magis huc quadraret, hac tempestate,  
 qua etiamnum sophistica barbaries hæret, ac dum sua quæ-  
 dam audit uocabula, genuinū sensum egrius capit. Est au-  
 tem hæc mens Pauli. Fidem dixi hanc, non modo senten-  
 tiam, sed rem esse, qua his quæ speretur inhæremus. Atq; ut  
 clarius dicam, non est ista sententia res aliqua quæ solo fig-  
 mento humano constet, aut ambigua opinione, sed manife-  
 stum experimentū est, quo homo experitur intra se quantā  
 fiduciam habeat in ea quæ non uidentur. Est ergo certa ex-  
 perientia qua homo intra se infallibilem de Deo, & ad deum  
 in quem speratur sententiam fiduciamq; sentit. Quæ ergo  
 sic feriunt isti, fides est argumentum non adparentiū, multi-  
 pliciter inquā peccant, primum quod quidā eorū tam longe  
 absunt à sano intellectu, ut putent ea quæ credenda propo-  
 nuntur, oportere nulla ratione esse ueri similia, etiā fidei ani-  
 mo: quo quid crassius dici potest? nam non adparentium di-  
 ctū est pro non uisorum, uel sensu perceptorum: quod Eras-  
 mus comode transtulit in, Eorū quæ non uidentur. Deinde  
 peccāt, cū argumentū accipiunt pro materia, ut cū dicimus  
 argumentū libri, hoc est sumam materiæ, quæ tractatur: nā  
 hoc pacto nō accipitur, sed pro certa experientia, quā homo  
 clare apud se sentit, Postremo sic peccāt, quod putant fidem  
 esse de quacunque re, quæ non adpareat: nam de ea fide nō  
 loquitur Paulus, quoniam ista non beat, nec animum red-  
 dit tranquillum, sed de ista tantum loquitur, quæ saluos red-  
 dit: at ista neminem reddit beatum, nisi habeatur in eas res,  
 quæ solæ sperari debent, Præcessit enim quod fides sit sub-  
 stantia

stantia ista qua  
 sequitur. At ea  
 nō uideantur, e  
 pri hominis. Ci  
 est de rebus, qu  
 qd potius queri  
 quæ in istas res l  
 gimur: non qua  
 Angelus, Dæmo  
 posita, estq; fide  
 & isti faciunt, u  
 accipimus, non  
 quas sperari sol  
 aut Dæmona. S  
 porea Caro edat  
 spes non iaciunt  
 carnem edi, iax  
 nisi crediderim  
 ista fides non el  
 igitur quā in  
 ter opponūt. Ha  
 que Christus, ne  
 se. Hac paulo su  
 omnia torquere.  
 Secundo. sicut  
 ab omni sensu ab  
 Vi Christum uer  
 inuenerata uirg  
 per aquas incede  
 hostes abire: Te

stantia ista quam habemus de rebus in quas speratur: nunc sequitur. At ea res in quas speratur non uidentur, sed quauis non uideantur, certa tamen animi experientia adsunt in corde pij hominis. Cum ergo dicunt: Fide hac in re opus est, non fides est de rebus, quae sensui non sunt exposita, produnt se ipsos quod potius querunt, ut dicant, quam ut recte dicant. Nam ea fide quae in istas res habetur, quae sperari debent, foelicibus iungimur: non quia credimus ea esse, quae sensibus negata sunt. Angelus, Daemon, anima corpore soluta, sensui non sunt exposita, estque fides (uide, ut nunc uariamur uocabulum fides, quod & isti faciunt, unde & falluntur: nam nunc pro credulitate accipimus, non pro fiducia) ea esse, sed non sunt tales res in quas sperari solet, unde & non beat, si credas Angelum esse aut Daemona. Sic & hoc loco quid opus est hac fide, ut corporea Caro edatur, cum haec fides non beatum faciat: nam spes non iaciuntur huc, ista ratione, ut si credas corpoream carnem edi, iam saluus fias. Nemo igitur ultra sic obijciat, nisi crediderimus istic carnem edi, salute fraudabimur: nam ista fides non est de his, & in haec quae debent sperari. Nihil igitur quam inanes nebulas offundunt, qui ista tam inscienter opponunt. Hanc enim fidem, ut carnem credamus edi, neque Christus, neque Apostoli usquam docuerunt salutarem esse. Haec paulo fusius quam pro instituto: sed solent se isti in omnia torquere.

Secundo. sic instant, multa esse in diuinis scripturis, quae ab omni sensu abhorreant, quae tamen nisi credas perfidus sis. Ut Christum uerum, ac uero corpore praeditum hominem ex intemerata uirgine profundi: sublimem & immersum super aquas incedere: inuisibilem se reddere, & per medios hostes abire: Tercia die sua uirtute sepulcro prosilire.



His omnibus facile respondemus ex superioribus. Cum enim dicunt Christum ex uirgine nasci à sensu abhorre, ut de ut iam hanc uocem sensum uariant, ac pro humano sensu accipiunt, non pro sententia quam fidelis mens ex fide trutinat & expendit. Non ergo abhorret à sensu quod Christus de uirgine nasci uoluit, nam id manifeste literis Apostolorum est traditum. Ibi ergo non stupet fidelis mens, neque retrocedit; clarissimo enim uerbo non possunt non credere fideles. Matthæus enim ait: Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Lucas autem: Missus est angelus ad uirginem. &: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco. &: Spiritus sanctus superueniet in te. &c. Quæ omnia tam manifeste sunt tractata, ut nemo possit augurari tropum aut ænigma subesse. Deinde inuenit pia mens mirabiles delicias, cum scrutatur quibus causis agnus iste nasci de uirgine perpetua uoluerit. Cùm hic nihil nisi desperatum horrorem inueniat. Salutaris est uirgineus partus, sed nihil salutis sperare licet hinc si corpoream carnem edas. Natiuitas ex uirgine omnium fidelium sensui sic exposita est, ut nullus unquam de ea dubitauerit pius: nam qui hic uacillarunt, fideles non erant, cum tam adpertæ scripturæ fidei quæ iudicio, quod mysterium hoc facile uidebat, non crederent. Panem symbolicum, uiuum & carneum Christi corpus esse, sic abhorret à fidelium omnium sensu, ut nemo ex nobis unquam uere crediderit: sed potius per negligentiam aut inertes incogitatum reliquerimus, aut per stulticiam nos ipsos à cogitatione reuocauerimus. Quod satis firmo argumento est hanc opinionem ex Dei uoluntate non esse: nam quæ carni sunt inusitatissima, si fides adsit, delectatur tamen in eis mens. ut iam de uirginis partu diximus. Superat mel uerbum domini in ore fidelis animæ commanducatum. Hoc uerbum  
de lanianda

de lanianda carne, sic renuit mens, ut manducare non audeat, sed de ore exerat. Hic tumultuantur quidam omnibus Scythis immanius, quod qui hic non delectetur perfidus sit. Idem obtestatur per omnes aras. At ego si totus mundus me hac in re iudicaret, uidelicet, quod quandoquidem non crederem hic corpoream edi carnem, fidelis non essem, eius audaciam riderem: satis enim mihi expertum est, quantum fidei habeam in Deum: attamen mens nostra, priusquam tropum olfaceret, semper cessabat ad istam manducationem, semper reuerebantur dentes. Breuiter in dictis locis tanta est claritas, ut tropo nullo sit opus: manifeste enim produnt nobis diuina miracula. In isto loco tanta est obscuritas, ut nisi tropum consulas, nunquam sis e tenebris, ac desperabili metu emerurus. Non sic licet argumentari Christus per miraculum super stagnum incessit, ergo per miraculum hic editur eius Caro: nam eadem lege sequeretur eum ueram, ac corpoream uitam, lucem, pecudem esse, sed per miraculum: dicitur enim uitis, lux, agnus esse. Quis autem tam demens hactenus fuit, ut miraculo fieri dixerit, quod tropus est? Habent & ista omnia, de uirgine nasci, in mari incedere, ex mortuis resurgere apud fidelem mentem, analogiam. Dum scilicet puritatem, gratiam, omnipotentiam filij Dei agnoscimus, At ista corporeae carnis manducatio nunquam sic illabitur, ut non sit durissima. Habent & apud Iudaeos, si modo historiae suae credant, analogiam quandam omnia ista miracula & similia. Genuerunt apud istos saepenumero steriles: per mare transierunt: tactu Heliseici corporis reuixit a latronibus interfectus, non una uice dilapsus est Dauid ex hostium manibus: percussit quosdam Heliseus caecitate. Hic nihil tale inuenias, Na si manum obijcias, habet hoc analogiam

SUBSIDIVM DE EVCHARISTIA

in Christo, sed quatenus in mente fiducia priorū editur, quā ipse. Ioan. 6. suis uerbis explicat: Non enim nouimus Christum ultra secundum carnem.

Tercio sic. Cum Christus dixit Io. 6. Caro nō prodest quicquā, Caro non debet pro corporea carne accipi, sed pro carnali sensu, aut intellectu: nam ubicunq; scripturarū caro sola ponatur, pro carnali intellectu capi. Vide quæso, quid sit uinci, nihil hercle aliud quā mergi. Qui enim merguntur, temere quicquid se offert, corripiūt, siue emerfandi uim habeat, siue minus: sic & isti qui uincuntur, omnia uertunt in telum, galeam, armillas, ocreas, & quicquid se offert: nudāt se totos, ut citra periculum cogi possint in ordinem. Quid enim hoc est: Caro non prodest quicquam, caro hic accipitur pro carnali intellectu? an nos nihil pudet, tam oblique respondere, uerboq; Christi stolidis pigmentis natiuum saporem uitare? An non per transfennam uidetur quid intus alamus, pietatem an uersutiam? Sed præstat ut missis clamoribus, ad obiectionem respondeamus. Christus cum Ioan. 6. pro uirili docuisset hinc pendere salutem, si se pro nobis mortuo fideremus, sub figurato corporis & sanguinis sui sermone: stupebant ad eum sermonem Iudæi æque ac nos, putabantq; carnem eius dentibus commoliendam proponi. Ibi tempestiue suis auxilio uenit Christus, cum bona pars discipulorum eum deseruisset, monetq; carnem nihil prodesse. Cogimur ergo confiteri Christum in responsione sua huc spectauisse, quo hī spectabant qui offendebantur. at isti spectabant ad corpoream carnem, dicebant enim: Quomodo potest hic nobis dare carnē suam ad manducandum? ad hanc enim offendebant. spectat ergo, & Christus corpoream carnem, cum dicit, Caro non prodest quicq;: sed demus

demus carnē ubiq; pro carnali intellectu, aut sensu capi, ubi sola ponitur. Iam primū oro, an iste sit spiritalis intellectus, dum corpoream carnem nos hic edere uideri uolumus: an ne corpus hoc carneum, de quo tam imprudenter digladiātur, spiritus sit an caro: Si spiritus est, quid carnem somniamus: aut cur uocabula sic confundimus: ut quod spiritus sit, carnem, etiam corpoream esse dicamus: Si caro est, uicimus: ea enim non prodest quicquam. Deinde oro, quando quidē Paulus .i. Cor. 8. dicit: Non manducabo carnē in aeternū, an et hic caro debeat ex isto ipsorū canone pro carnali intellectu exponi: Sic, ut Paulus neget se carnalem intellectū unq; manducaturū: Vide ut hoc stupidum hominū genus uelit *αυτός* *ἔφα* esse, dum sic belle ante omnia Canones praescribit, ac deinde uelut ex lege decernit quomodo sacrae littere corrumpi (capi dicere uolui) debeant.

Quarto, sic intonant: Vos accipitis Io. 6. edere pro credere, Idem & nos facturi sumus. Cum ergo Christus dicit: Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternū. ibi manducauerit pro crediderit accipe, & erit sensus: Si quis crediderit hunc panem esse carnem meam, uiuet in aeternum: debet enim istud hic credi, quod Iudaei nolebāt. Quid audio: duae sunt ad uitam uiae: Vna, qua Christo freti coelos adipiscuntur: altera, dum creditur panis iste caro Christi esse corporea. Adde, Quod si manducare praesenti loco per credere exponas, ut isti hic credere uariant, peribit uerborū uis et sensus. Nam si dixeris, si quis crediderit ex hoc pane, uiuet in aeternum, uerba cum sensu euerteris: non quod edere hic non debeat pro credere accipi, sed non debet pro isto modo credendi accipi, pro quo isti accipiunt. Inualuit usus, ut credere pro fidere accipiatur. Cum igitur Christus hoc

*Credere uariant  
Sarcophagi.*

sexto Io. capite docuerit omnem fiduciam, ac spem in se esse habendam, hoc enim salutare ac uice panis esse homini, Tamen interpretes græcam uocem *πισειν* perpetuo translulerunt in credere, cum sermo iste, Qui credit in me, non nihil uiuidior esset, si diceretur: Qui fidit me, aut qui me fretus erit, aut nixus. Sed nobis seruiuerunt qui sic uerterunt, ne de dita opera uiderentur ubiq; nouare uelle. Accipitur ergo sic credere pro fidere. Diximus ergo, Edere pro credere accipi, uerū tamen hac lege dum credere pro fidere accipias. Hic enim est animæ cibus, ac alimentum quo sustinetur in uitam æternam, si Christo erit freta. Nunc autem cum isti credere hic accipiunt in natia sua significatione, pro eo quod est sic putare, uel fidem habere, quatenus fides est opinio, iam nimirū cæco adparet quomodo credere uariant. Quum enim dicit Christus: Qui credit in me, habet uitam æternam, accipit credere pro fidere: quomodo & nos accipimus, cum dicimus, edere pro credere accipi. Quum uero isti dicunt, nos etiā accipimus edere pro credere, iā per credere intelligunt, opinari, putare, existimare, sic enim dicunt, nos credimus hunc panem esse corporeā Christi carnem. Id quid aliud est quam indubie putamus, aut existimamus? Quid aut hoc est, si manifestus paralogismus non est? Qui Christum edunt, id est, qui Christo credunt, hoc est fidunt, uitam æternam uiuent, non qui credunt panē carnem eius esse: huic enim opinioni salus nusquam promissa est.

Quinto sic prodeunt: Deus qui est omnipotens efficere potest, ut panis simul sit uerus panis & uera caro. Ego, ut ne disputem quomodo Dei omnipotētia ordinem in rebus omnibus teneat, breuiter ad robustam hanc obiectionē dico, quod me piget harum obiectionum, quæ rusticitate, ne dicā  
 stulticia

HVL  
 stulticia om  
 perat. Que  
 facere, ergo  
 quam in uin  
 liceat, dicam  
 ergo Elepha  
 facere ut tu  
 mo. Quid qu  
 inde quæro u  
 substantiam,  
 sto, in quo se  
 substantia: n  
 stantia est: ac  
 quo ad essen  
 sistentiam ad  
 tix, qua sentit  
 tate hypostate  
 simul erat uin  
 ceret, nū simu  
 horū opinio, c  
 habent, imò p  
 Sexto a  
 sapientia & p  
 rauit futurum  
 quem nos seq  
 set hunc error  
 sentum accip  
 quam deesse  
 sapientia de  
 sto dico & d  
 LXXII

stulticia omnium sophistarum loquacitatem & inertiam superat. Quæro enim an sic liceat colligere: Deus potest hoc facere, ergo factum est: Pelagus haurire, ergo siccatum est: Aquam in uinum conuertere, ergo aqua est uinum: Nam si sic liceat, dicam: Deus potest ex Elephanto cucurbitam facere: ergo Elephanteus est simul belua & cucurbita; Deus potest facere ut tu sis mula & homo, ergo simul es mula & homo. Quid quæso dici potest audacius, aut proteruius? Deinde quæro ubi scripturarum inuenerint unam eandemque substantiam, fuisse duas inter se diuersas: nam neque in Christo, in quo sunt duæ naturæ, diuina substantia est humana substantia: neque contra humana eius substantia diuina substantia est: accipio autem hic substantiam latinorum more, quo ad essentiæ significationem accedit: nam quod ad substantiam adinet, non obstat Theologorum omnium sententiæ, qua sentiunt humanitatem Christi, non in se, sed in unitate hypostaseos constituisse. Quam aquam uinum faceret, num simul erat uinum & aqua? Quam terræ puluerem hominem faceret, num simul puluis erat & homo? Vide quam peruerba sit horum opinio, qui simul edunt panem & corpoream carnem perhibent, imò panem duo ista simul esse contendunt.

Sexto ad hunc modum obloquuntur: Nunquid Deo sapientia & prouidentia defuit diserte loquendi? an ignorauit futurum, ut mundus esset uerba sua ad hunc sensum, quem nos sequimur tracturus? Prouidisset ergo, ac cauisset hunc errorem uerborum disertitudine, si nolisset in hunc sensum accipi. Agnoscimus planè Deo sapientiam nunquam deesse posse, ipse enim est ipsa sapientia: sed nobis sapientia deest, imò mens & sensus, Quæ enim istis, Christo dico & discipulis, diserta erant & obuia, nobis sunt ob-

scura. Assueti erant isti ad has uoces: Hic agnus est transitus, cum transitus esset tantummodo symbolum ac figura. Unde & Christus diserte loquebatur, & discipuli diserte intelligebant quæ dicebantur: nulla enim cunctatio, nulla cessatio aut quæstio secuta est. Nos autem omnibus testudinibus tardiores, non capimus tropum qui istis erat tritissimus, hac causa, quod & sacræ literæ nō sunt nobis tritissimæ: & quod non tantopere sudamus, ut pij simus, quantum ut pij adpareamus, sancta contrectando & edendo. Negligentibus omnia sunt obscura, uigilantibus & alacris omnia sese plena luce produunt. Dum neruis omnibus unī studemus pietati, nihil nos fugit: dum contra hypocrisis sumus dediti, ut ipsi alij sumus quā uidemur, sic omnibus aliam faciem, alium colorem tribuimus, quæ natura habeant. Nostra tarditas est aut malignitas, non uerborum obscuritas, quæ nos seducit. Prouidit & cauit Deus multa, quæ tamen sic contemnimus ac si nusquam essent uel dicta uel scripta: quo circa non licet obscuritatem prætere, nihil enim ideo debet obscurum uideri, quod quibusdam Minerua minus fauet.

Septimo sic. 1. Corinthio. 10. sic scribit Paulus: Poculum benedictionis quod benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est: Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Hic ad istum modum procedunt: Ecce ut Paulus communicationem sanguinis & corporis Christi uocat, nō symbola aut figuras, Hic locus inquit unus abunde sufficit ad probandum, quod hic sanguis & caro Christi distrahuntur. Paulus adpellat communicationē corporis & sanguinis, quid adhuc opus habemus testimonijs? Super isto loco sic habeant: Quid fanatici homines clamorū præstigijs simpliciū animis adhuc pergimus imponere? an  
non

HVL  
non intelligi  
quid cōmuni  
Paulus aegre  
esse: nefas eni  
Christi cū reli  
cultibus non  
amantissimā  
gratiarum acti  
nos benedictio  
sanguinis Chr  
epulas simul a  
dæmoniorum  
primū, com  
guinem esse re  
sensus, non  
in ista gratiar  
culum istud  
bimus, non  
ne abluti sur  
concio, sodal  
guinis & cor  
tione, quæ c  
tular, publ  
de hoc idē ad  
lut nostram c  
& unum corp  
quonia: Cau  
celebrātes cō  
quasi diceret.  
Christi adpel

non intelligimus quid istic Paulus agat? an non uideamus quid cōmunicatio significet? Sciat igitur pius animus, quod Paulus aegreferebat quosdam in epulis idolorum conuiuas esse: nefas enim arbitrabatur, quod hi qui gratiarum actionē Christi cū reliquis fratribus frequentabant, in idolorū quoq; cultibus non abessent. Dicit itaq; Fugite ab idolorum cultu amantissimi, atq; ipsi iudicate quod nunc dico. Poculū istud gratiarum actionis, quo gratias agimus (hoc est enim quod nos benedictionem habemus, εὐλογία) nōne cōmunicatio sanguinis Christi est? Cur igitur qui hic cōmunicatis, idolorū epulas simul aditis? Cur qui participes estis mensæ domini, demoniorum quoq; mensæ communicatis? Ex his adparet primum, communicationem non ad corporeum Christi sanguinem esse referendum, quasi dicat istum hic distrahi: ut sit sensus, nōne hic distrahitur sanguis Christi? sed ad eos qui in ista gratiarum actione simul bibunt. Vt sit sensus: Cum poculum istud gratiarum actionis, quo gratias agimus, simul bibimus, nōne quotquot eius morte redempti, & eius sanguine abluti sumus, in unum corpus cōimus; nōne peculiaris concio, sodalitiūmq; sumus? Cur igitur prodita societate sanguinis & corporis Christi, hoc est ea ecclesia uel communicatione, quæ corpore & sanguine Christi se redemptā esse gratulatur, publica celebritate, ad idololatrias deficimus? Deinde hoc idē adparet in sequētibus, ne quis hanc sententiā uelut nostram calumnietur, cum dicit: Quoniam unus panis & unum corpus, nos multitudo uniuersa sumus. Cur dixit, quoniam? Causam dixit, propter quam gratiarum actionē istā celebrātes cōmunicationem sanguinis Christi adpellauerit, quasi diceret: ne miremini qd nos cōmunicationē sanguinis Christi adpellauit, sumus eī uniuersa multitudo, unus pa-

nis & unum corpus. Ecce ut nos istud corpus sumus, quod prius cōmunicationem corporis adpellauit, propterea quod, qui hanc panegyrim celebrant, Christi se morte, & sanguinis eius effusione redemptos & expiatos credunt. Postremo adparet, quod si communicatio maxime ad sanguinem Christi referretur, adhuc tamen Paulo corpus & sanguinem non nisi symbolicos accipi, quomodo Christus quoq; accepit, cū diceret, Hoc est corpus meum. Id quod suis uerbis Paulus ostendit, cum subiungit: Omnes enim de uno pane participamus. Ecce panem adpellat non carnem, nō corpus, de quo hic edi perhibet. Quod si in superiori sermone communicationem intellexisset esse distractionem sanguinis corporei, iam postremo loco non dixisset, de uno pane, sed de uno corpore participamus. Debent ergo qui hunc locum pro sacra ancora amplectuntur, discere scripturarum idioma, non temere profligare re minime perpensa. Vt enim acerrime contendant uerba sic habere, cōstantissimum tamen est Paulum non loqui de sanguinis & corporis distractione, sed communicationē corporis & sanguinis eos uocat, qui se his redemptos esse simul gratulatur. ut hæc duæ sententiæ firmiter probant: Vnus panis & unum corpus multitudo sumus. &: Omnes de uno pane participamus. Legat hoc loco Erasmi Paraphrasim, qui nos putat ad sententiā uerborum Pauli non penetrare posse.

De Testamento  
paucā. Octauo proferunt Pauli. 1. Corinth. 11. uerba, ubi sic ait: Hoc poculum nouum testamētum est in meo sanguine. Ex quibus sic obstāt: Quod hic præbatur, nouum testamētum est: sed nouum testamētum nō est symbolum aliquod, sed ipse sanguis Christi. Cum ergo poculum hoc sit nouum testamētum, necesse est sanguinem Christi corpoream esse,  
is enim

is enim testamentum est. Gratum est nobis hunc locū obijci uel hac causa, ut testamenti uariatio in scripturis passim obtua, paulisper excutiatur. Testamentū quod ad præsens adinet, nihil aliud est quàm conditio à Deo promissa. Ut cum Dominus cum Abraham ferit pactum, siue foedus. Gen. 17. Ego Deus om̄ipotens, inquit: *AMBULA* corā me & sis integer, ponamq̄ foedus meum inter me & te. &c. Et paulo post: Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis foedere sempiterno. *VT SIM DEVS* tuus, & seminis tui post te. Daboq̄ tibi & semini tuo post te, terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroq̄ Deus eorum. Hic nihil auditur quàm foedus, quod Deus per gratiā suam dignatus est inire cum Abraham. Quid uero continet hoc foedus: quibus conditionibus statuitur? Hæ sunt ergo conditiones: Ego ero Deus tuus: Tu ambulabis coram me integerrime: Ego Patrem multarum gentiū faciam te: Dabo tibi è Sarah semen: Ero posteritatis quoq̄ tuæ illius quā polliceor, Deus: Dabo tibi & semini tuo terram, in qua nūc inquilinus es. Quæ quidem conditiones uerum ipsum foedus sunt, Sed adduntur foederibus signa, quæ tametsi foederum quoq̄ nominibus uocentur, non tamē foedera sunt, ut eodem loco manifeste patet. Sequitur enim ad hunc modū: Hoc est foedus meum, quod obseruabitis inter me & uos, & semen tuum post te. Circūcidetur ex uobis omne masculinum. Ecce ut hic circūcisionem foedus adpellauit, cum tamen foedus non esset, sed foederis solum, quemadmodum diuinus sermo ipse docet, hoc pacto: Et circūcidetis carnem præputij uestri, ut sit in signum foederis inter me & uos. Videmus nunc signū foederis adpellari, quod iam iam

foedus adpellabatur. Satis ergo liquet signa foederum non esse foedera, tamen nonnunquam foederum nominibus amicitiamur. Ut cum circūcisio hic adpellatur foedus, cum symbolū modo sit foederis. Et baptisimus. 1. Petri. 3. pro Christo accipitur, quum dicit baptisimo nos saluari, attamen solo Christo saluamur: sed est Baptisimus Christiani populi, qui foedus hoc à deo accepit, ut filius eius noster sit, æque symbolū, atque olim circūcisio huius foederis erat symbolū, quod dominus esset eorum Deus, & ipsi essent eius populus. Volumus iam à foedere uel testamento Abrahæ ad Christi testamentū transire. Est foedus, quod cū Abrahā percussum est sic firmū, ac nime abrogatū, ut ni perpetuò serues, nō sis fidelis futurus: nisi enim dominus sit Deus tuus, & tu eius unius cultor sis (dominū em̄ deum tuum adorabis, ac illi soli seruiēs) nō est ut te fidelem iactes. At ille quem sic colis & adoras, sic est deus tuus, hoc est summū bonū, quod se tibi gratuito impertit, ut pro te in mortem sese abiecerit, quò te sibi reconciliaret. Promiserat hanc gratiā ipse, qui præstitit, iam olim, cū parens noster legem eius præuaricaretur, ac deinde eā promissionē patribus semper refricuit. Causa uero, cur promiserit, alia nō fuit, quàm quod beatitudo nobis cōtingere nequibat, quantumuis conātibus & sudātibus, cū lapsus primi parētis expiatus nō esset. Cū autem Christus iam pro nobis maclatus, diuina iusticiā placauit ita, ut per ipsum solū accedat ad deū: iam nouum foedus iniit deus cū humano genere, non sic nouum, ut hanc medelam uix tādē inuenerit, sed quod olim paratam, quum tempestiuum esset adhibuerit. Est igitur nouum hoc foedus siue testamentum, gratuita remissio peccatorū, quam Deus per filium suum liberaliter donauit. Qui ergo Deo per Christum fidunt, ad eamque fidem suos ducunt,  
(ut hoc

(ut hoc simul dicamus) perinde atq; Abraham & eius posteritas olim circumcidebatur; & ipsi circumciduntur, sed Christi circumcissione quæ est Baptismus. Colofs. 2. Spectat igitur baptismus noster huc pœnitus, quò olim circūcisio. Est enim signum fœderis, quod nobiscū pepigit Deus per filiū suum. Baptismus ergo præcipuum ac principale signum est noui testamenti. Porrò, quemadmodū illud Testamentū sit perfectum, id panegyris Eucharistiæ cōmemorat. Nō hercle quod ipsa sit testamentum, sed quod testamentū in ea refretur, & pro tam liberali beneficio gratiæ domino agantur. Quid ergo est nouū testamentū? Gratuita remissio peccatorum per filiū dei. Hinc fit, ut quandoquidem gratuita ista remissio peccatorū, per mortem & sanguinis Christi profusionē comparata est, ipsa mors & sanguis, testamentū fortasse queāt adpellari: quāuis si diserte ac proprie loquaris, Christus nō sit nouū testamētum, sed noui testamenti mediator. ut Heb. 9. Paulus loquitur: ipsum em̄ testamentū est, Remissio peccatorū. Tamen si ista nō eatenus dicta uolumus, quasi peccari arbitremur, si mors Christi aut sanguis eius, testamētum uocetur. Sed ut amanter, præcipites istos qui morbo *λογμαχίας* laborant, ad clarum intellectum rerum istarum uidentium incitemus. Progrediamur nūc ultra. Voluit Christus huius beneficij memoriā, quod tam acerba morte perfecit, apud nos perpetuò uigere: quocirca & panegyrim, remissionis peccatorum, non aliter quàm olim ex Aegyptiaca seruitute manumissionis, optimo iure instituit. Cum autem Testamenti sanguis, Testamentum uocari possit, & nos in ista panegyri gratias agamus pro sanguine effuso, quo Testamentum perfectum est, fit etiā, ut sanguinem uocemus Christi, quo solummodo cōmemoramus sanguin-

nem pro nobis fufum : ac deinde quemadmodū sanguinem testamentum adpellauimus, sic & symbolum sanguinis effusi, testamentum nominemus. Totum hoc anile cōmentū esse dicito, nisi Apostolorum uerba suffragentur. Peccatorū remissionem, ipsum testamentum esse, docet Paulus He. 8. Hoc autem testamentū foedus, aut pactum morte, ac sanguine Christi partum esse, monet Petrus. 1. cap. 2. & 3. & Paulus Colofs. 1. Porrò mortem aut sanguinem, nullus Apostolorum Testamentū adpellat. Sed testamenti noui sanguinē, quamuis liberum fecerimus, docendi causa, ut Testamentū uocari possint. Recense Apostolorū uerba. Si ergo sanguis ipse, qui fundebatur non adpellatus est testamentū, sed sanguis testamenti, ut quo testamentum gratuitæ remissionis paratum & cōfirmatū sit, quanto magis poculum hoc sanguinis, non est testamentum, sed sanguinis testamenti symbolum aut figura? Recipit ergo figura figurati nomen, ut supra patuit, Est igitur foederis & testamenti sacramentum, si sacramentum pro principali foederis, aut iurisiurandi externo signo capias, baptismus. Passionis autem Christi, qua foedus hoc & testamentum perfectum est, symbolum est, panegyris ista, in qua panis & uinū ad cōmemorationē mortis Christi à fidelibus unanimiter cum gratiarū actione distrahuntur. Hic non debemus tam impotentes esse, ut nomenclaturæ gratia tam acriter decertemus, dum alius uult hanc gratiarū actionis celebritatem sacramentū esse, alius negat: ubi enim rem ipsam clare intelligimus, quid adhuc de uocibus digladiamur? De eo quod in canonibus Apostolorum scriptum est, non sum sollicitus: facile enim patet naso paululū emunctiori, nō esse Apostolorū, sed fortasse episcoporū quorūdam, qui sibi id nominis arrogarunt: quā autem

id iuste fecerint, cuius est obuium. Adde quod in Decretis  
 Canonicis ἐς κόρυθαί Dist. 16. relegantur.

Statueram huic opusculo quorundam ueterum testis  
 monia cōnectere: cum autē Io. Oecolampadius uir incom-  
 parabilis peculiarem librum ex eis congefferit, ad eum qui  
 uelit properet, ac ē tam largo flumine quātum uelit, hauriat.  
 Nouum em̄ non est quod hic agitur, sic senserunt prisci: quo-  
 rum autoritatem mirum est cur quidam eleuent, qui nihil q̄  
 patres patres quiritātur. Receptui ergo canens, per eum oro  
 & obtestor, cuius unius gloriā & gratiam prādicamus, Chri-  
 sti, ne quis prāfractio animo sic obfirmare conetur, ut quae  
 merito ista in re debent caute exacte q̄ perpendi, nolit in con-  
 silium admittere. Oriuntur incēdia dissensionum ex paruis  
 iniurijs, at ubi earum impetu ferimur, iam scelus est ac crimen  
 quicquid contra sentitur: monitorem non admittimus. Cur  
 autem non faciunt pij homines quod crudelissimos tyran-  
 nos res ipsa cogit facere? Horum enim animi, dum bella ma-  
 gis quā aequitatem spectāt, uastatis & amissis rebus omni-  
 bus, tandem compelluntur inuēti ad dissidiorum fontes redi-  
 re, aequitatem q̄ amplecti. Cum uero inextricabilis in Eucha-  
 ristia error ē sola scripturae ignoratione defluxerit, cur in quā  
 nolumus liquidò uidere quid in causa sit quod tam longe à  
 scopo aberrauimus? ut tam ingens oscitantia, ne dicam stul-  
 ticia aut idololatria ē medio tollatur? Nolumus enim istos  
 praestigiatores audiri, qui praestigiorum quiddam putant re-  
 linquendum esse plebi: donetur ei alia parte, si usus sic omni-  
 no postulat, aliquid, hic donauisse crimē esto. Agnoscimus  
 oblationes uictimarum, festiuitates, templi ornamenta, ris-  
 tuscq̄ innumerabiles Hebraeorum imbecillitati esse condō-  
 nata, uerum tamen nihil huius simile uidemus crassissimae

gēti impositum: quāto minus nobis qui spiritum hausimus: quibus apostolus Petrus negauit licere, quicquam imponi debet: An non & nos spiritum Dei tentamus, cum rem, fidelium palato inusitatissimam obtrudimus: quam apostolos palam uidemus non sic tulisse atque nos: Quin contra nulla fuit unquam religio, nulla sapientiae professio, quae, missis umbris ac praestigijs, ueritatem & clarius proferret, & acrius tueretur, quam christiana. Quare ergo committimus, ut in tam liquidam lucem tam densam caliginē inferamus: quam neq; uolucris Dædalus superare, neq; Delius natator poenetrare queat: Quot conatus in his obscuritatibus frustra insumpti sunt: ut Scotos & Aquinatos praeteream, & his similia acumina: moliti sumus omnes apud nos ipsos quiddam, & si nihil aliud, quisq; tamen hoc, ut incredulitatē suam uinceret ac sopiret, ne praesumeret obmurmurare: quamuis ipsa fidei arx sese nunquā dederet, sic ut ἀνεπίτρωε crederet se in isto pane quiddam tale edere quod somniauimus. Equidē quotidiē istos audio, satis enim altum clamant, Papā dicentes, quanta est huius impij audacia: Ego nunquam dubitauī, at is me iudicat: supra modū delectauit me, quoties hanc carnē comedi, rudis est ac fidei ignarus. Sed huius facio clamores istos: scio enim, si dñj Momi consiliū essent secuti, ut humano pectori fenestram inseruissent per quam liceret astus eius, moliminaq; deprehendere, quid in istis mentibus quae sic uociferant inueniremus. Est hypocrisis lubricum ac uersutum malum, dici non potest, ut frontes nouerit aperire, mentes autem tegere: magna, religiosa, sancta & alta hic concinnare uerborū flumina, quibus paulo leuiores rapiantur: sed subuentanea sunt omnia dum huc torquentur, ut carnem hīc te credas edere. Vera pietas non ignorat quo iacias,

*Id est, sine simulatione: Vere ac sancte.*

cias, e  
bile iu  
nitur  
serico  
cung  
hae en  
Quae  
haren  
reis,  
tum u  
ni spi  
gis cō  
ricorē  
magi  
elle, f  
Dum  
pij lu  
Max  
pacer

HVLDRYCHO ZVINGLIO AVTORE.

cias, etiam si perpetuū iacias; habet enim solidum & infallibile iudicium, quo quicq; cognoscit. Id autē columnis istis nititur: Fide & innocentia, posteriorē adpellat Christus misericordiā & iusticiam Mat. 23. Quæcuncq; ergo uela, quicq; huc uenti accelerant recte nauigāt, recte negociantur: hæ enim uere ditant, fides scilicet misericordia & iusticia. Quæ uero nauigia, alia quædam sectantur: omni in littore hærent, omnia uidisse, ut gloriari possint: ac recitare quæ mireris, nō quæ profint. Fides ergo ea modo prodest, ac in portum uehit, quæ se uento credit secundo, hoc est, gratiæ diuini spiritus: nō ea quæ credit quicquid tu de Anthropophasis cōmemoras: profunt & hæ merces solæ, iusticia & misericordia fidei nixæ. Si ergo aciem huc omnes figimus, tam magistri quàm discipuli, iam facile uidemus οὐδ' ἐν πρὸς λόγῳ *Id est, Nihil ad esse, si non modo Christi carnem, sed etiam ossa cōmolias. rem facere.* Dum uero propter istam tumultuamur, iam ihs qui solide pij sunt, manifesti reddimur quid alamus. Det Deus Opt. Max. lucem ac pacem, ut cognita ueritate, in ueram animi pacem ac tranquillitatem resituumur, Amen.

TIGVRI IN AEDIBVS CHRISTOPHORI Froschouer. Anno.  
M. D. XXV.



Omnis plantatio quam non plantauit pater  
meus coelestis, eradicabitur.



Omnis arbor quae non fert fructum  
bonum, excinditur.

Ἐάν τις δένδρον ἀγαθόν, καρπὸς  
καλὸς ποιεῖ.


Κόμμος ἐπισητεῖας, γινεῖται δένδρον, ὡς τὴ τὰ πετεριὰ κα-  
τασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτῶν.

Κόλλος ἀρχαῖος, ἡλικία ἀβδύου, ἑστὶ τὸ πρῶτον  
κατασκευασθὲν ἐν τῷ 1840 ἢ 1850.



**BLB**

Badische Landesbibliothek  
Karlsruhe



FIDELI  
DE...  
AN...  
C...

2...  
1...



